



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XL. De exequutione rei judicatæ, ejusque consummatione, tam
personalí, quām reali, ac etiam spirituali, cum censuris, & declaratoriis; Et
de subhastationibus, & adjudicationibus; Ac etiam de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

gnos labores personales, peneque continuas vigilias, cum evidenti periculo vitæ, notabiles quoque de proprio erogarunt summas, in elemolynis, & subventionibus infirmorum, & suspectorum; Et tamen illi, qui deputati non fuerant, ægre ferebant, atque aliquam deputationem affectabant; Igitur non videtur, quæ ratio, vel necessitas exigit, hujus abusus tolcrantiam.

Quinimò etiam respectu Tribunalium collegialium, Rotæ, & Cameræ, certum est quod si aboleretur ulus propinarum in Camera, adhuc Clericatus, quando vacant, cum eodem ardore, magnoque concurso, ambirentur; Et si abolerentur in Rota, adhuc, ob quædam alia emolumenta, aliaque consequentias idem munus in magna existimatione esset, atque parformiter Tribunal regeretur, eo modo quo nunc regitur, dum certimus, quod aliqui Prælati, & piæsttim Votantes Sgnaturæ, qui etiam interveniunt in Consulta, maiores supportant labores gratuitos; Sive absque aliquo incommodo, promptè occurri posset, mediante unione aliquorum beneficiorum, eo modo quo uniuersit collegiis pluerorum, & locis piis, cum ista videretur pietas major, pro beneficio Reipublicæ, ac servitio justitiae, ex cuius zelo, bonoquo animo hujusmodi desiderium insinuat, abolendo scilicet in totum hujusmodi usum, ut ita tolleretur illa, quamvis indebita, & maligna occasio obloquendi de propinis, & expensis, in quibusdam aliis gravioribus negotiis non contentiosis; Cum etenim ex dicto Apostoli sapientibus, & insipientibus debitores simus, atque Romana Curia, non solum ab apertis inimicis, ratione heres, vel schismatis, sed etiam ab æmulis, intra ipsam catholica Religionis viscera, undique circumdata sit; Hinc proinde, etiam à licitis, & à legalibus, quæ ignaro vulgo obloquitionis, vel similitræ interpretationis occasionem dare possunt, abstineri congrueret.

Multi enim actus, bona, & commendabilia habent principia, bonisque rationibus, in introductione, innxi sunt, qui tamen ex mutatione temporum, vel ex aliis accidentibus, diversam sortiuntur speciem; unde propterea, aboleri, vel reformari debent. Ut in ipsiusmet legibus habemus; Ac etiam in præf. forensi in illis contradicibus, qui, attenta eorum intrinseca natura, aliquando prius sunt liciti, & justi, & tamen, tractu temporis efficiuntur lativi, inquit iniqui, unde propterea eos abolere vel reformare, atque ad justitiam reducere oportet, cum similibus.

Longè verò major viderut alter abusus, aliqui participationis, in quarta, vel in decima, vel in alia quota, confisctionum, ac pænæ, um, aliorumque emolumentorum cameralium utriusque Cameræ Pontificiæ, & temporalis, juxta nonnullos casus in suis respective sedibus insinuatoris; Id enim, citra disputationem aliquam, vel problematicum discursum, omnino damnabile apud omnes concorditer reputatur; si enim dantur casus à lege considerati, in quibus aliqui Iudices, ac Magistratus, excusat ab avaritia, illicitas committunt fordes clandestinas, sub tot periculis, amissionis officii, aliarumque pænarum, ac diffamacionis, ultra positivum, & inexcusabile peccatum, cum illaqueatione conscientiae; Quanto facilius id facere poterunt hujusmodi Iudices eundem avaritiae stimulum habentes, qui etiam sine merè voluntaria prævaricatione,

intelle&um fascinare possunt, atque sibi adu-
lano, opinari quod justitia diversa sit, ut ita, li-
cet, ac publice, & palam, imò potius merendo,
quām demerendo, magna reportare valeant
emolumenta; Idque usque à primis negotiis, quæ
in Curia, circa professionis initia, tractare occa-
sio dedit, redarguere, imò declamare consuevit,
quoniam pro meo sensu vel genio, nimis incon-
grua est mixtura pecuniaæ, cum administratione
justitiae; Stant etenim bene simul, quod retroas
&is temporibus, ita eorum conditione exigente, pro criminum punitione, ad alliciendos Iudices, ab ministros, congruum, ac rationabile fuerit, hujusmodi premia introducere, & tamen quod nunc id sit omnino incongruum, ac irrationabile, dum tot haberi possunt idonei, & integerrimi
ministri, qui libertissime pro sola acquisitione
meriti, ad honores & dignitates, jam divites, ac
benè provisi de proprio, idem præstent gratui-
tum servitium; Hæc autem omnia (ut præmis-
sum est,) ex solo zelo, bonoquo animo admini-
strationis Justitiae ac existimationis Curie insi-
nuata sint, sub censura tamen, ac saniori judicio
eorum, ad quos pertinet, quibus deferre, eorum
que judicio meum subjicere profiteor.

Super liquidatione item, vel taxatione ex-
pensarum, ac respectivæ fructuum, quando su-
per substantia refectionis in genere nulla super-
sit quæstio, cadere solent disputationes, in qui-
bus non de facili certa statui potest regula, cum
totum pendeat à Tribunalium stylis; Illæ verò
in materia fructuum habent regulae generales,
ut etiam faciliores, ac leviores sufficient proba-
tiones, quæ à consuetis præsertim, vel à prædiis
adjacentibus, & quandoque à taxa legali desu-
mi solent, juxta singulorum casum particulares
circumstantias, ex quibus Iudicis arbitrium re-
gulandum videtur, *supra dist. 33.*

De exequitione rei judicatae, ejusque
consumatione, tam personali, quam
reali, ac etiam spirituali, cum censu-
ris & declaratoriis; Et de subhaftati-
onibus, & adjudicationibus; Ac etiā
de exequitoribus, &c. Et de exequi-
tione contra tertium, in quem facta
sit alienario lite pendente; Et de cau-
tela Angelii, ac aliis ad materiam ex-
equitionis, ejusque consumationis.

S V M M A R I V M.

- 1 **R** Es judicata firmat statum, ac faciens de non ente.
- 2 Sed non sufficit ad abdicationem vel transla-
tionem dominii, & possessionis sine actuali exequitione homini.
- 3 Fallit in sententia absolutoria, quæ secum trahit exequitionem ipso jure.
- 4 De diversis vocabulis, cum quibus mandata exequi-
tiva appellantur.
- 5 Mandatum exequitivum obtentum contra unam personam non potest exequi contra aliam, nisi renoveretur, vel concedatur exequatur.
- 6 Distinguuntur plures species personarum diversarum cum quibus id agendum est.
- 7 De eodem de quo num. 6.

8 Quid

- 8 Quid ubi heres est diversi fori quam esset principalis
defunctus de jure communi.
9 Quid ex stylu locorum.
10 Quod posse quis esse eodem tempore heres & tertius.
11 Heres tenetur habere ratum factum auctoris etiam
in iuribus propriis.
12 Declaratur quando id procedat.
13 De differentia inter exceptionem jure dominii & ju-
re crediti.
14 Creditor anterior non impedit posteriori exequitio-
nem.
15 De differentia inter exequitionem in bonis heredi-
tariorum & illam in persona, & bonis propriis.
16 Quando contra heredem competit idem processus
exequitivus, qui competit contra defunctum.
17 De casu in quo agatur de tertio successore jure pro-
prio, quare facilis successor oppositio admittatur.
18 Res judicata obtenta contra prædecessorem quod af-
ficiat successorem, etiam independentem & quando
secus.
19 De materia cautela Angeli, & de pluribus distin-
ctionibus.
20 De alienatione lite pendente, & de materia litigiosi,
& quando intret necne cum declarationibus, vel li-
mitationibus.
21 De alienatione in fraudem exequitionis, & quando
fit tali.
22 Sola actio personalis non producit vitium litigiosi.
23 Laudatur sequestrum & quando illud cōcedi debeat.
24 An & quando dominus vendicit bona sua à tertio,
in quem alienata sunt.
25 Quando dicatur alienatio facta in fraudem, & de
effectu exinde resultante.
26 In prohibitis sola confessio non probat causam one-
rosam.
27 Cum eo qui sovet causam lucrativam, intrat edi-
ctum de his quae in fraudem.
28 Hoc editum quando sit subfidiarium, & exigat ex-
cussionem.
29 De subrogatione prætii loco rei vel è contra, & de
personis in hoc privilegiatis.
30 An & quando posse agi recta via contra eum, in
quem facta est alienatio, vel potius necessaria sit res-
istentia præsertim cum Clerico.
31 Etiam in casu in quo non intrat vitium litigiosi illud
datur in possessione.
32 Cessat ubi alienatio fiat perempta instantia, & quid
ea reintegrata.
33 De renunciatione exequitorialium favore heredis,
vel successoris vitoriis, an & quando vietus ei se oppo-
nat.
34 Denegatur renovatio exequitorialium ob lapsum
longissimi temporis ob quem sunt praescripta.
35 De styllo Rotæ circa exequitoriales, post lapsum
longi temporis.
36 De distinctione inter exequitorem facti, & depen-
dentem, & exequitorem iuris independentem.
37 An exequitor teneatur servare stylum judicis prin-
cipalis, vel suum.
38 Exequitor iuris, & independens potest agnoscere de
iustitia seu validitate, & quid agere posse, & præ-
sertim de Congregatione Baronum.
39 De styllo Rotæ aliorumque Tribunalium non exe-
quendi sententias aliorum, non cognito summarii de
iustificatione.
40 Quando exequitio exigat factum hominis, vel se-
quatur juris ministerio.
41 De pluribus speciebus exequitionis.
42 Quando ob reverentiam, vel aliquod privilegium no
sit locus exequitioni personali per incarcerationem.
Card. de Luca de iudicis & judicialibus.
- 43 De alimentis debitis carcerato.
44 De electione, vel arbitrio creditoris, variandi in mo-
do exequendi.
45 De exequitione reali restricta ad certam rem.
46 De mandato ad factum per caputram pignorum
vel per grayatoriam.
47 An pro una re fieri posse exequitio in altera, &
quando.
48 De arbitrio creditoris exequendi ea bona qua sibi
placeant.
49 Declaratur quando istud arbitrium moderari debeat
50 Quod non sint exequenda bona feudalia si adjungit
allodialia.
51 De styllo Congregationis Baronum.
52 Quomodo dictum arbitrium sit regulandum.
53 An creditor anterior privilegiatus cogi posse expe-
riri suum jus super bonis differentibus, ut relinquit
posterioribus alia bona.
54 An creditor teneatur accipere bona debitoris in fa-
lutum ad materiam Authenticæ hoc nisi.
55 Quando creditor anterior impedit posterioribus ne
bona exequi & subbastare valcent.
56 De suffectione termini cu qua impeditur exequitio.
57 An a validitatem subbastationis requiratur, ut pre-
cedat actus positivus exequitionis.
58 Quod in hac materia subbastationis, & deliberatio-
nis deferendum sit Tribunalium stylus.
59 De styllo decernendi quod bona facere dicatur sub
exequitione.
60 Necessarium est decretum de subbastando previa ci-
tatione & de ratione.
61 An debet præcedere optimatio, & quomodo.
62 Non reperto justo oblato bona adjudicantur cre-
ditori.
63 In quibus casibus subbastationis forma requiratur
etiamsi de alienatione voluntaria.
64 An requiratur præcisè, & de forma, oblatio tria.
65 An subbastatio probet iustum valorem.
66 Quæ leso attendatur in venditione subbast.
67 Iudex vendit nomine debitoris, quem obligat ad evi-
ctionem.
68 Subbastatio fieri debet præsenti pecunia, & quando
secus.
69 Deliberatio fieri debet majori oblatori, & quando
secus.
70 Subbastatio excessiva est nullam totum.
71 Qualis debet esse excessus, & quando adsit.
72 Quando iniustitia detegitur ex novis, non per hoc
retractatur subbastatio in præjudicium tertii, secus
autem ipsius creditoris.
73 Excessus attenditur in mandatis non autem in ex-
equitione, & quando etiam in exequitione quia bona
excessive exequita sint.
74 Subbastatio non servata forma decreti vel mandati
est nulla.
75 An & quando credores teneantur præstare cauicio-
nem, vel recipere pretium vinculatum.
76 Creditores non tenentur de evictione.
77 Deficiens cautela evictionis nimium diminuit valo-
rem.
78 Emptor subbasto non liberatur in electi, jus haben-
tium in rebus emptis, & quando ob sineat securitatem
79 Ipse creditor potest licitari tamquam tertius.
80 An & quando competit jus offerendi contra empto-
rem subbasto, & præsertim contra ipsum summum credi-
torem.
81 Non potest fieri deliberatio majori oblatori, nisi cum
præfixione termini.
82 An durante isto termino, vel eo elapsò possint recipi
noxae oblationes.

- 83 De adjudicatione facienda ipso creditori, quando, & quomodo.
- 84 Et quando sit locus deductioni alicujus quota ab estimatione.
- 85 Solum decretum de adjudicando non sufficit sine actuali adjudicatione.
- 86 Excessiva adjudicatio est nulla.
- 87 Adjudicatio est subsidiaria, & post subhastationes, & quando secus.
- 88 In quo iudicio, vel cum quo remedio de liberatione, vel adjudicationes retractentur.
- 89 An data retractatione veniat restitutio fructuum, nec ne.
- 90 Quod nullitas provenire soleant à malitia alterius partis, vel à negligentia seu alio casu sine culpa principalis, & de modo estimandi in Curia.
- 91 De declaratoria, & de differentia censoriarum personalium, & corporum universalium.
- 92 Quare pro delicto pecuniarium vel alio prophanis adhibeantur censure, & quomodo.
- 93 Pro declaratoria requiriatur citatio personalis cum contumacia vera.
- 94 Servantur etiam quatuor termini.
- 95 Quando necessaria non sit citatio personalis.
- 96 De distinctione super dicta cessante necessitate citationis personalis.
- 97 Transactio etiam nulla post monitionem parenti excusat à contumacia.
- 98 Quando sit necessaria liquidatio.
- 99 Et quando non oporteat servare quatuor terminos.
- 100 Etiam contra personas, & universitates ecclesiasticas dantur declaratoria cum distinctione de qua supra num: 91.
- 101 Etiam pro inobedientia ministrorum, & dependentium.
- 102 Declaratoria decerni non potest per exequitorem in partibus.
- 103 Quando paritus dicatur sufficienter facta, & de pluribus modis, vel speciebus partitionis, & in quibus ea consistat.
- 104 Cui incumbat onus probandi partitionem, vel non partitionem.
- 105 De aggravatoria, aliisque remedio, si declaratoria non sufficiant.

DISC. XL.

Cessantibus itaque supra insinuatissimis, ordinariis, vel extraordinariis; Appellationis, Nullitatis; Et restitutionis in integrum remediis, adversus rem judicatam, superest ejus exequitio, sine qua, ejusque consumatione, illa inanis remaneret, quoniam, licet sententia, sive unica, sive tria, que in iudicatum transitum fecerit, pro lege habenda sit, neque ulteriore admettatur impugnationem, ideoque (ut nostri dicunt) faciat, de albo nigrum, seu ens de non ente, atque firmet statum. *Ottob. dec. 98. Gregor. dec. 492. tit. de credit. disc. 92.* Adhuc tamen, sine exequitione, non abdicat à succumbente dominium, nec possessionem bonorum, vel iurium, super quorum pertinentia lis habita sit, ita per rem judicatam decisa, neque aliquid transfert in viatorum, cum ad hunc effectum, requiratur factum positivum hominis, mediante exequitione, legitimè facta, & consumata. *tit. de auctor. disc. 24. num. 6. & 7.* Solumque sententia absolutioris possessoris, siveque juris, ac possessionis canonizatoriae tribuitur, ut legis ministerio exequitionem secum trahat, neque alio facto hominis

indigat. *ibidem.* & apud Peutinger. *decis. 322.*

Pro hujusmodi exequitione facienda, & consumanda, mandatum judicis, ad quem pertinet, in primis expediendum est, quod juxta diversos 4 Tribunalium stylos, diversas habet nuncupationes, seu vocabula; In Rota etenim explicatur sub nomine exequitorialium; In Tribunalibus vero, Auditoris Cameræ; Cameratii; Vicarii; Thesaurarii; Et in aliis, sub nomine mandati exequitivi; Quod etiam in aliis dictioribus & principatibus sequitur eademque diversitas dignoscitur; Puta (ex. gr.) in plurius enunciato Regno Neapolitano, quod Magna Curia Vicaria, omnemque alias inferiores Curiaz, Regiaz, & Baronales, quinimò etiam illæ fori ecclesiastici Episcoporum, & Metropolitanorum adhibent terminum literarum exequitorialium; Tribunal vero sacri Consilii utitur diverso termino mandati de parendo, cum similibus.

Ut autem istius mandati vigore, legitima exequitio fieri, ac perfici valeat, exigitur quoque ut illud, adhuc perseveret in statu exequibilitatis, adeo ut non indigat renovatione, quæ frequenter necessaria est, atque alias ejus vigore, exequitio legitimè lequi non dicitur, quia nempe immutata sit persona, contra quam exequitiales relaxatae sint, seu relaxandæ erant, unde jam relaxatas, exequi, vel denuò relaxari debeant contra personam diversam; Tunc etenim, etiam quoad jam relaxatas, oportet, ut contra istam novam personam que citari debet, renoveretur, seu, ut practici dicunt, concedatur, exequatur. *Ridolph. in prax. par. 1. cap. 8. num. 32.*

Ista vero diversitas, vel immutatio, diversas sub se habet inspectiones, pro diversa qualitate istius novæ personæ, contra quam exequendum est illud mandatum, quod fuit decretum contra principalem, cum quo lis acta fuit, ac obtentum iudicatum; Primo nempe ubi agatur de successore ex titulo hereditario principali, qui interim defunctus esset, adeo ut nova persona nullum habeat jus proprium, sed ejusdem principali personam repräsentet, atque ex ea omne suum jus metiat; Secundò ubi agatur, pariter de successore universali, seu alias, jure successorio, sed independenter ex persona, & jure proprio, ut (ex. gr.) contingit in successore jure fiduciomissi, vel jure investiture pacti, & prvidentia, in bonis feudalibus vel emphyteuticis; Aut in successore in beneficio, vel in prælatura, cum similibus; Tertio in eo, qui se afferat, ac protestetur tertium possessorem, jure singulari proprio, independenter à principali, quamvis iste vivat, prætentendo scilicet, quod illa bona, vel iura spectent ad ipsum, non autem ad eum, cum quo lis acta est, ita intimando, seu excipiendo de illa cautela, qua in Curia vulgo dicitur *Angeli;* Et quarto ubi agatur, pariter de tertio possessore titulo singulari, obtento tamen à principali, cum quo lis acta est, qui ea pendente, bona in alium, titulo venditionis, aut alterius alienationis, transstulerit.

Primo itaque casu, quod scilicet agatur de successore, jure merci hereditario colligantibus; Quamvis verum sit, ut mandatum exequitum, relaxatum contra defunctum, debeat renovari cum herede, qui ad id citandus est, ne inauditus de facto patiatur exequitionem, in bonis, vel in iuribus per eum possitis ad eout alias exequitio invalida sit, cum omnibus inde sequuntis;

vis; Quinimò ubi etiam nullus ac sit hæres, adeo ut dicatur hæreditas jacens, adhuc id sequi debet cum curatore, qui servatis servandis, hæreditati jacenti fuerit deputatus. Ridolphus par. 1. cap. 5. nu.
46. & seqq.

Attamen, quando hæres sit ejusdem fori, tunc de pleno id conceditur, cum dicatur in omnibus esse eadem persona defuncti; Difficultas, vero, cadit, quando hæres sit fori diversi, quia nempe defuncti laici, sit hæres clericus; Vel è converso, defuncti clerici, sit hæres laicus, an scilicet idem Iudex, qui mandatum exequitutum relaxavit, sive ad quem pertinet illud relaxare, possit direc-
tè hæredem diversi fori citare, atque contra eum concedere renovationem, seu exequatur, necnon ad exequitionem procedere, illamque consumare; In hoc autem, loquendo generaliter per regulas juris, atque præscindendo à stylis particularibus; Notabilis differentia dignoscitur, inter casum, in quo agatur de laico successore clerici, & è converso de clericorum successore laici; Primo enim casu potest Iudex ecclesiasticus, ad quem pertinet exequi judicatum, contra clericum defunctum, directè procedere ad ulte-
riora; Secus autem è converso, in quo licet idem Iudex laicus renovationem concedere valeat contra hæredem, illum considerando in abstrac-
to. In concreto tamen ad exequitionem contra clericum devenire non valeat, sed illa fieri debeat cum auctoritate Iudicis ecclesiastici com-
petentis; Ex ea differentia ratione, quod in pri-
mo casu, incompetencia non est simpliciter, &
absoluta, sed secundum quid, cum ecclesiasticus habeat etiam cum laico quandam jurisdictionem habitualem prorogabilem; È converso autem, laicus cum clero habet omnimodam incom-
petentiam habitualem, adeo ut ejus jurisdictione neque sit prorogabilis, ideoque requiratur au-
toritas Iudicis ecclesiastici; Non quidem tan-
quam Iudicis, atque cum nova cognitione cau-
se, sed tanquam exequitoris. tit. de juris dict. disc.
58. & 94. & infra occasione rei litigiose.

Verum, extra Statutum ecclesiasticum, in alio-
rum Principum ditionibus, certa, & generalis
9 regula, statui non potest, ob diversitatem legum vel stylorum, qui in eorum singulis vigent, cum quibus, sive de jure, sive de facto, procedere oportet; Siquidem in aliquibus partibus, quoties non agatur de exequitione facienda, in persona, vel in bonis propriis clericorum successoris, sed in bo-
nis possessoris a laico defuncto, tunc prætenditur, ut procedi possit ad exequitionem, directè au-
toritate sua, absque aliqua auctoritate, vel im-
partitione brachii Iudicis ecclesiastici, tanquam ad bona jam præventa, atque sub ejus auctoritate posita; Et è converso, si bona transierint à ele-
rico defuncto in laicum, prætenditur, quod Iu-
dex ecclesiasticus, cum ejus sola auctoritate, ex-
equitionem consumare non valeat, nisi prævia
impartitione brachii Iudicis facultatis; Potissi-
mè vero, ubi agatur de mandatis relaxatis per Iudices Romanæ Curiæ, in relatione Curie disc. 2. & alibi. Ita sequendo de directo oppositum ejus, quod de jure dispositum est; Atque hinc sequi-
tur, quod (ut dictum est,) materia remaneat in-
capax regulæ generalis, cum procedere oporteat cum singulorum locorum praxi.

In hærede quoque verificabiles esse solent, alii supradicti casus, & præsertim secundus,
10 & tertius; Quoniam stante beneficio inventarii,

sine quo rari sunt casus, quod aliqua hæreditas audeatur; Verificabilis remanet vera & effectiva diversitas plurium personarum formalium, in una materiali, quod scilicet, etiam ille, qui ha-
beat qualitatem hæreditariam defuncti, ita re-
præsentando unam personam hæredis, repre-
sentare quoque potest alteram personam p्रo-
priam diversam, & omnino independentem, at-
que se dicere tertium, juxta alios casus supradic-
tos, quamvis adhuc non docuerit de legitimo inventario, neque rationes reddiderit, ostenden-
do nihil habere in manibus.

Quamvis enim, ex veriori, hodieque passim recepta sententia, hæres teneatur servare factum sui auctoris, illudque impugnare prohibe-
tur, etiam in bonis, ac juribus propriis (quando aliqua particulares circumstantia hujus regule limitationem non suadeant,) adeo ut non suffra-
getur beneficium inventarii, nisi eo legitimè ju-
stificato, sequatur redditio rationum bonorum hæreditariorum, cum reliquatus restituzione, ita
exuendo personam hæredis, dum alias hæredi-
tas in dubio präsumunt opulentias; Et quatenus
eius vires suppetant, paria sint inventarium ad-
esse, vel non adesse. tit. de credito disc. 37. tit. de fi-
deic. disc. 145. & 161. & alibi pluries.

Attamen id procedit, quatenus agatur de hæ-
rede auctore, qui veniat infringendo factum sui
auctoris, ut vindicet bona propria, qua per illum
distracta sint, juxta quotidianam proximam, in ven-
dicatione bonorum pertinentium ad fideicom-
missum, vel majoratum majororum, quæ successor
ex hoc jure vendicare velit à tertio, in quem di-
straxit prædecessor, cuius ipse successor, hære-
ditariam qualitatem quoque habeat, atque in his
terminis rectè procedit dicta conclusio; Quoties
specialis, ac enixa prohibitiō testatoris cum
clausula annulativa, sive dispositio legis com-
munis, vel particularis, ob naturam, seu qualita-
tem bonorum, talem non inducat infectionem
actus, ut etiam ab ipsomet alienante, vel hærede,
sit impugnabilis.

Secus autem, ubi hæres diversum jus proprium alleget in illis bonis, ideoque personam ter-
tii assumat, excipiendo ad effectum retinendi,
atque impediendi exequitionem, non autem
agendi, & impugnandi, quoniam tunc jus
suum sit clarum, atque incontinenti probatum,
rectè operativum est, absque dicta necessitate
præcedentis redditionis rationum, & exuendi
personam hæredis.

Ex ea probabili, & convīcenti ratione, quod
ita efficit molestias pro debitis defuncti, in
persona & bonis propriis, præter formam privilegii, quod lex hæredi beneficiario concessit, nisi
priùs, juxta receptionem proximam, hæres legitimè
moneatur ad docendum de inventario, ac red-
endum rationes, atque in his fuerit contumax,
seu clarè convictus, quod dicto beneficio sit de-
stitutus, ut alibi advertitur. tit. de hered. disc. 21. &
22.

Isto itaque casu, resolutio pendet à qualitate
probationis juris proprii, quod hæres pretendat
13 independenter à defuncto, quoniam si est cla-
rum, atque incontinenti probatum, jure domi-
ni, in ipsis bonis, ut pro frequentiori praxi con-
tingit in casu, in quo agatur de jure fideicom-
missi vel investitura; Et tunc admittatur excep-
tio, eodem modo quo habetur infra in tertio ca-
su ejus, qui sit omnino tertius, nullam habens

qualitatem hæreditariam; Secùs autem ubi prætensum jus sit turbidum, & altioris indaginis. *infra agendo de tertio disc. 42.*

Ubi verò prætentum jus proprium, non sit in ratione dominii, ac juris realis, sed in ratione crediti quantitatis, & ex jure hypothecæ, ut pro frequentiori praxi contingit in filiis, qui cum sint patris hæredes, ad impedientum mandata exequitiva relaxata contra defunctum, vel contra ejus bona hæreditaria, excipere solet de retentione, ratione dotium maternarum, sive alterius crediti, pro reintegratione fideicommissi, cum similibus; Et tali casu ista oppositio retardare non debet nec solet concessionem, exequatur, ipsamque exequitionem; Tum quia obstat dicta præsumptio, quod hæreditas præsumitur opulenta, quodque creditum proprium hæredis, quatenus etiam ex beneficio inventarii præservatum remaneat à confusione actionum, quæ alias dicto beneficio secluso resultat, ubi creditor succedit debitori; Attamen obstat saltem præsumptive imaginaria solutio, donec ista præsumptio tollatur per contrariam probationem resultantem à dicta iustificatione inventarii, & à redditione rationum. *tit. de hered. disc. 18. & 28. & tit de credito disc. 40.*

Ac etiam ex altera juris regula, de qua etiam *infra in tertio casu, quod scilicet creditor, quamvis anterior, jure crediti, seu pignoris bona debitoris possideat, non impedit alii creditoribus, quamvis posterioribus, exequitionem, ejusque consumationem, ad effectum, ut de pretio, juxta eorum ordinem satisfiat, dum ita professor, qui se anteriorem prætendit, suam satisfactionem obtinere poterit, quam in pecunia, non autem in specie obtinere debet; ideoque impedire non potest illum actum, per quem ad id deveniatur, nisi æquitas prohibeat, qui valor bonorum non excedat creditum.* *dec. 182. par. 10. recent. Salgrad. in labyrinth. par. 1. ca. 11. lape sub tit. de credito & alibi.* Et sic magna differentia est inter oppositionem juris proprii, quæ fiat in ratione dominii; Et alterum quæ fiat in ratione crediti.

Item magna differentia est, inter casum, in quo agatur contra hæredem de exequitione facienda in bonis hæreditariis; Et alterum in quo *15 agatur contra eundem de exequitione facienda in persona, & bonis propriis; Primo etenim casu, juxta commendabilem, beneque fundatum Signaturæ stylum; Quoties jus proprium in ratione dominii, non sit omnino certum & clarum rescribi solet de clausula sine præjudicio, præteractiva exequitionis; In altero autem, rescribi solet de clausula translativa si quid exequendum, & quandoque etiam de appellatione simpliciter, atque in utroque casu iste stylus probabilem habet rationem; In primo scilicet quia, nec justum nec rationabile est, ut debeat quis cum titulo hæreditario se intrudere in possessione bonorum defunctorum, deindeque, revolvendo chartas veteres, cum turbidis, ac illiquidis prætensionibus, impediare creditoris, vel alios habentes creditum vel jus clarum & liquidum; In altero autem eo quia, quoties non sit omnino certum, & indubitatum, quod hæres sit defstitutus beneficio inventarii, pati non debet processum exequitivum, competentem contra defunctum in personis & bonis propriis, quamvis prætendatur, quod inventarium sit defectivum, ideoque non debet suffragari, sive prætentatur, quod non bene*

reddiderit rationem de bonis inventariatis, de quibus habeat in manibus, quoniam isti dicuntur puncti petitorii, decidendi in judicio ordinario per tres conformes, vel per rem judicatam, ex eo quod illam iustificationem, quam non fecerit in prima instantia, facere poterit in altera. *tit. de hered. disc. 21. & 22.* Et hæc quoad primum casum, in quo agatur de exequitione facienda contra diversam personam hæredis.

Alter supradistinctus casus est, quando agatur de successore jure proprio, puta ratione fideicommissi, vel investiture, aut ratione provisoria obtenta à Papa, vel ab Ordinario, de beneficio, vel Prælatura; Sive à Principe, vel alio ad quem pertinet in officio vel administratione, aliove jure independenter à defuncto, cum quo lis acta est, adeout cum non agnoscat in aucto-rem, ejusque hæreditariam qualitatem non habeat; Et tunc in primis, intrat eadem distinctio de qua supra, an scilicet proprium jus oppositoris in ratione dominii, sit clarum, quia nempe non dubitetur, quod illa bona, vel jura, de quorum exequitione agitur, pertineant ad fideicommissum, vel feudum, seu prælaturam, cuius jure illa possederit prædecessor, cum quo lis acta est, ac obtinent mandatum in exequitionem rei judicatae.

Isto etenim præsupposito retento, in concessione hujus renovationis, vel exequatur, cum aliqua majori maturitate, ac circumspetione proceditur, quam procedatur in casu præcedenti, cum hærede; Ideoque, ubi præsertim agatur de exequitorialibus Rotalibus, vel de illis Tribunalis Cameræ, stante ipsis tribunalium stylo, nihil decernendi absque prævia dubia disputatione, huic formali disputationi locus esse debet; Ex ea differentia ratione, quod hæres, qui in omnibus repræsentat personam defunctorum, allegare non potest collusionem, vel fraudem, quod que ille non bene se defenderit, dum alias deducere non potest exceptiones, nisi illas, quas deducere posset ipsemet principalis, si viveret; Secundus autem est in casu istius successoris independentis, atque venientis jure proprio.

Licet enim de jure, res judicata obtenta contra prædecessorem legítimum possessorum, afficiat successorem, atque contra eum exequitione demandanda sit, quoniam sufficit, quod causa sit acta cum possessoro, ac legitimo contradicente, ad quem tunc defensio pertinebat, non curato præjudicio consequitivo alterius, quamvis iste veniat independenter ab eo, dum difficultas casus solum, quando alter interessatus haberet jus coæquale de præsenti, secundus autem si de futuro, ac jure successorio, sive etiam de præsenti, sed accessoriæ, & consequitivæ *supra disc. 9. & 17.* Attamen iste successor allegare potest id quod non potest hæres, juxta casum præcedentem, nempe collusionem, vel negligentiam, in non bene defendendo causam; Ac propterea, non quidem ex integrō, & in novo judicio, sed in quadam summaria cognitione auditi debet in eo, quod prætendat potuisse deduci, atque à prædecessore fuisse neglectum, & an in bona, vel in mala fide sit versatus, juxta eamdem distinctionem, quam habemus in materia transactionis, quæ cum re judicata fraternizat. *tit. de fideicommiss. disc. 173. & seqq. tit. de feud. disc. 49. & seqv.* Ideoque notabilis differentia est inter istum casum, & præcedentem.

Tertius casus est, quando bona, vel jura, su-
per

per quibus rei judicatae vel mandati relaxati exequitio facienda est, possideantur per tertium, 19 qui prætentat ad se pertinere jure proprio quod competenter etiam de tempore quo lis acta est, & priusquam res judicata emanaret, alias quam per alienationem, quæ à colligitante in eum, lite pendente, facta esset; Sive etiam non possident, opponat de ejus jure, protestando quod bono pertineant ad ipsum, non autem ad eum, contra quem obtentum fuit judicatum; Et quæ protestatio in Curia, vulgo appellatur *cautela Angelorum*, ut potè ab isto Auctore melius quam à antiquis, & primis Magistris explicata, & à quo antiqui Prætici eam desumperunt, nihilque forte in Curia est frequentius. *Gregor. dec. 22. Ridelph. par. 1. ca. 9. ex nu. 12. dec. 381. par. 12. rec. & paßm.* Et tunc duo casus subdistinguendi sunt; Unus scilicet, quando iste tertius oppositor, actualiter non possideat, adeo ut naturalis possessio, vel actualis detentio sit penes eum, cum quo lis acta est, atque obtenta res judicata; Et alter, ubi naturaliter possideat, sive actualem detentioem habeat.

Cumque præfati Auctoriis hæc sint verba præcisa, Et ideo quotidie practicatur, quod tertium post latam sententiam contra alium, venit & protestatur, ut in tabulis bonis non procedatur ad ejus exequitionem, quia sunt sua, vel à se possessa &c. & iusta est petatio, & debet super ea procedi summarie. Hinc oritur quæstio ob illa verba alternata, quia sunt sua, vel à se possessa, an scilicet, solum dominium sine possessione suscitiat.

Regula itaque juris est, quæ etiam superioris insinuata fuit, agendo de tertio veniente ad causam, ut tertius qui non possideat, exequitionem non impedit, exibi relatis. *Franch. dec. 261. dec. 585. par. 5. rec. dec. 174. par. 11. rec. & sapius. & supra dñe. 17.* Ac propterea huic cautela etenim locus esse poterit, ac debet, quatenus jus oppositoris sit omnino certum, atque incontinenti probatum, adeo ut nullam exigat judicalem in-daginem; puta quia ex causa commodati, vel depositi, seu prevaricari, aut administrationis, sive etiam ex causa illicita furti, vel alterius indebitae occupationis de facto, in sola detentione reperirentur penes eum, contra quem sit judicatum, atque decreta, vel relaxata sint exequitiales; Secus autem, ubi dominium non sit omnino certum, & clarum, sed sit in sola prætensione; Atque cum hoc distinctione plures in Tribunalibus Auditoris Cameræ, & Signaturæ Iustitiae, in quibus de ista cautela nimis frequenter disputati contingit, procedi debere dixi, & obtinui quoniam alias ille colligitans, qui rem judicata passus est, atque post subterfugia extraordinariorum remediorum, de quibus supra, aliasque consuetas succumbentia calumnias, ad istam quoque de facili posset recurrere, collusivè supponendo tertium, qui hanc promoveat prætensionem; Ut præsertim facere solent illi, qui possident bona gravata fideicommisso ad favorem filiorum, curant, ut isti compareant, prætendendo, quod ob aliquam contraventionem, sive ob dissipationes, malamve administracionem, etiam in vita patris, factus sit casus fideicommissi ad eorum favorem, ne creditoribus facultas detur exequitionem faciendi super eis, saltem pro fructibus, vel pro commoditate, durante vita debitoris, ut sine dubio fieri potest

cum similibus. *tit. de fideicommiss. dñe. 195. & sapius.* Ubi vero iste tertius oppositor possideat; E^t tunc praxis est, ut interim abstinendum sit ab exequitione, donec prius citetur ad justificandum intra terminum sibi præfixum, itam cautelam; Cognitoque per Iudicem, quod oppositio indebita sit, quodque justificatio non concludat, sive quod ea nullatenus fiat, tunc demandatur procedi ad ulteriora in exequitione, atque si alias fiat, exequitio male facta reputatur contra tertium, ut potè in bonis alterius quam debitoris. *supra lit. R.*

In ista itaque justificatione, inspicitur in primis modis, vel causa possessionis, an sit per vim intrusionis lita pendente, sive ex titulo dependentem à principali colligitante, juxta ponderationes de quibus supra in primo casu ejus, qui adipiscendo possessionem titulo hereditario, postea mutata causa possidendi, assumat personam tertii.

Ac etiam attenditur eadem distinctio in dñe.

Etō primo casu insinuata, quod scilicet tam jus, quam detentio, sint jure dominii, vel jure crediti; Ut primo quidem casu cautela suffragetur, quatenus possessio sit sincerè de tempore habili, absque suspicione collusionis, vel affectationis, aut fraudis; Secus autem in altero, cum creditor, neque dominium, neque possessionem habere dicatur, sed utrumque sit penes principalem debitorem; Solumque uxori, quæ retinere declarat bona viri pro securitate suæ dotis, ita se muniendo cum frequenter collusiva inhibitione seu charta dotali, ea concedi solet indulgentia seu habilitas, quod demandatur procedi ad ulteriora in exequitione, & subhastatione cum clausula non amota à possessione, donec satisfiat ex pretio oblato per majorem bonorum exequendorum, & subhastandorum oblato, & dummodo oblationes excedant, ne interim catendore, & pretio, in statu indotata remaneat; Quoties certa sit anterioritas ejus crediti dotalis, sive potioritas, in illis casibus, in quibus illa intrat. *tit. de date dñe. 166 num. 76.*

Atque hinc resultat, ut ista materia censenda sit incapax regulæ certæ, & generalis cuicunque casui applicabilis, dum à singulorum casuum circumstantiis, atque à Tribunalium stylis totum penderit.

Quartus demum est casus, quod scilicet bona reperiantur penes tertium titulo singulari, translativo dominii, habito lita pendente ab ipso colligitante, unde propterea intret materia alienationis rei litigiosæ, quæ in jure expresse prohibita est; Sive inspectio alterius alienationis, quæ facta pretendatur in fraudem parata exequitionis; Cumque ipsa lex, quæ hanc alienationem damnat, aliquos excipiatis casus, Puta dotis, vel transactionis. *l. fin. Cod. de litigios lib. 7. tit. de Alien. dñe. 40.* Doctores autem, ad instar, atque ex rationis identitate, ad alios similes extendant; Puta ad illum dationis in solutum, quæ facta sit vero creditori anteriori vel potiori. *Merlin. decis. 847. decis. 177. nu. 20. apud Posth. de subhast. add. ad Buratt. decis. 166. decis. 381. par. 12. rec.* Sive ad alterum retractus legalis vel conventionalis. *Gait. de credi. cap. 2. tit. 3. nu. 652.* Et generaliter ad quæcumque alium actum, cui non congruat ratio fraudis, ac supplantationis, cui legis prohibitio innixa est. *supra lit. Z. tit. de alienat. & contract. dñe. 40.*

Ae

Ac etiam, ex ejusdem legis prohibentis litera, vel sensu, ponderent, an, & quando rei alienatio fiat, affecta dici valeret, necne vero vitio litigiosi; Ut scilicet tunc, ex magis communiter recepto sensu, contrahi datur, quando agatur de actione verē reali, quæ concernat ipsius rei dominium, ac pertinentiam, ideoque ejus substantiam percutiat; Secūs autem ubi in actione personali, vel etiam in ea mixta, quæ principaliter personalis, accessoriè autem realis, vel rei persecutoria dicatur, Puta in actione hypothecaria; Sive alia personali in rem scripta. *dicto disc.* 40. *de alien. & contract.* Ad instar eorum, quæ habemus in materia beneficii litigiosi, ut tale non dicatur, ad plures effectus exinde resultantes, nisi quando agatur de lite, quæ principaliter percutiat beneficii titulum, vel substantiam inter plures provisos, qui principaliter contendant de illius pertinentia, ut in rerum beneficialium sede advertitur. *tit de benef. disc. 92.*

Hinc proinde sequitur, ut pro consueta inepitia Pragmaticorum, vel Collectorum, qui doctrinas attendendo in sola litera, omnia involvunt, atque casus, inter se diversos de facili confundunt; Ista materia etiam apud modernos, cum solita, & conaturali scissura, videatur involuta, cum verè non sit; Illam præsertim actiter assumenda quæstionem, tanquam involutam, circa privilegium dotis, quam ejusdem legis litera excipit, an scilicet, tam in constituenta, quam in restituenda dote (in quarum utraque magis receptum est illud privilegium locum habere), intelligendum veniat solum in subsidium, vel indefinitè; Et super quo opinionum varietas dignoscitur etiam inter modernos, ut aliqua Rotæ nostræ decisiones ostendunt. *Bich. dec. 463. repetit. dec. 182. par. 11. rec. & habetur dicto disc. 40. de alien. & contract.*

Ad istas ergo involutiones, & equivoca tolendum, eo modo quo, pro meo sensu, penè in universa ista legali practica seu forensi facultate, omnibusque ejus quæstionibus, quæ involuta videantur, faciendum esse videtur, cum plurimum diversorum casuum, vel effectuum distinctione procedendum venit.

Primus itaque casus est, quando agatur ad effectum pñnarum, quæ per legem prohibentem, tanquam pro actu criminoso, alienanti inflata sunt; Sive ad alium effectum omnimodæ irritationis actus, etiam inter eos, inter quos contractus alienationis initus est, secluso interesse, vel præjudicio collitigantis pro exequitione judicati; Et tunc recte procedat rigorosa inspeccio vitii litigiosi, ut scilicet non detur, nisi per item in actione verē reali ad ipsius rei dominium, adeo ut vitium litigiosi, in vera & propria rigorosa significatione capi debeat; Ac etiam de facili admittenda veniat excusatio; Tam ex causis, in ipsa lege expressis, transactionis scilicet, vel dotis, etiam non verificato casu subsidiis; Quam generaliter ex omni alia justa, vel probabili causa, quæ excusat actum à fraude positivam, ex vulgari assumptione, quod per ora forensium Practicorum volitare solet, quod scilicet à delictis, & penis, qualibet causa, talis qualis, excusat; Unde propterea, pro mea diuturnæ forensis vita præceptum, nunquam vidi quod hujusmodi pars locus factus esset. *dicto disc. 40. de alien. & contract.*

Alter casus, vel effectus est, ubi agatur de

præjudicio collitigantis, vel alterius qui jus habeat cum eo, qui alienationem fecit, ita tamen, ut præjudicium sit omnimodum, ideoque percutiat potius decisoria, quam ordinatoria; Quia nempe agatur de creditore in sola actione personali, qui proinde non habeat hypothecam experibilem contra quemcumque tertium possessorum bonorum, in quem alienatio facta sit, unde propterea sua principaliter intersit etiam in meritis negotii principalis, ut alienatio haberi debeat pro infecta, cum alias ei præclusa esset via experiendi sua iura super illis bonis, ut experiri posset, si alienata non essent.

Quod etiam verificabile est in creditore hypothecario, quando agatur de bonis mobiliibus, vel de se moventibus, ob illam receptam æquitatem rationi libertatis commercii innixam ut ista bona manualia, quoties non continent universitatem, libera transcant in tertium emporitem, neque super eis contra istum sit experibilis illa hypotheca, quæ de stricta juris censura experibilis esset, ut in sua crediti materia advertitur. *tit de credito disc. 35.*

In his itaque casibus, sive ad istum effectum magis præjudiciale, deberet magis circumspetè procoei, ut huic præjudicio occuratur, quodque de facili, talis alienatio irrita censenda sit, dum actus non respicit solum præjudicium ordinis, ac majoris dilationis, sed respicit etiam totalem substantiam.

Adhuc tamen, quoties facti circumstantiae, locum non faciant ad dictum de his que in fraudem &c. adeo ut ratione fraudis irret recessio, vel irritatio, difficile est ad proxim id redigere, quoniam; 21 Aut agimus de primo casu creditorum habentium solam actionem personalem, quam de tempore alienationis jam intentassent, adeo ut lis desuper penderet; Et tunc certum est, quod nullum vitium litigiosi, neque in dominio, neque in possessione considerari potest, dum agitur de sola actione personali, quæ extra omnem quæstionem hunc effectum non producit. *dicto disc. 40. de alien. & contract.*

Aut vero agitur de creditore hypothecario, & hic non indigeret hujusmodi remedii magis difficilibus, ac extraordinariis, dum de jure habet suum remedium magis ordinarium, & planum hypothecæ, quæ perfectius rem contra quemcumque tertium illius possessorum; Sed punctus difficultatis est in dicta recepta conclusione æquitativa, derivata ex favore libertatis commercii in bonis manualibus, in quibus emptores tuti redduntur, quoniam esset dare inconveniens, quod ille, qui aliquas lites haberet cum prætentis creditoribus, vel cum aliis, qui prætendant aliquod jus cum eo habere, prohibitus esset contrahere, atque commercium habere in hujusmodi mercantiliibus, & manualibus bonis.

Hinc proinde, sive uno, sive altero casu respectivè, quando dignoscatur, quod istud periculum subesse valeat, quodque ita debitor vel Reus creditorem, vel Auctorem eludere posset, tunc debet iste esse magis vigilans, ac diligens, adhibendo remedia assecurativa, per illam speciem sequestri provisionalis, quæ ex justa causa non videntur prohibita, ex quodam Judicis officio vel arbitrio, ita interponendo, ex iis quæ supra in materia sequestri habentur. *supra disc. 13.*

Quinimò, ubi etiam lis non esset in ratione crediti, sed in ratione dominii, & vindicationis, &

(& quo casu intrant termini litigiosi ut supra;) Quoties tamen agatur de mercibus, vel de animalibus, aliisque rebus manualibus, in quibus praedicta juris non scripti conclusio intret, ad huc dictum remedium, ne dum oportunum, sed etiam necessarium videtur.

Quamvis enim, de stricta juris censura, dominio concedatur facultas vindicandi rem suam à quocumque, penè quem illam inveniat, nullo restituio pretio, quamvis bona fidei emptor sit, cum solum bona fides cauferet excusationem à delicto, & pœna, non autem jus petendi restitutio nem pretii soluti. *in de regal. disc. 115. & 129. & tit. de empt. & vendit. disc. 13. & 42.* Quoties ex facti circumstantiis non intret actio, vel exceptio utilis negotiorum gestorum. *ubi supra, & tit. de usur. disc. 1.* Sive non intret privilegium particolare Principis, ut in Urbe habemus in pignoribus Montis Pietatis, & in bancheriis hæbreis. *dictio disc. 13. de empt. & tit. de usur. disc. 7.* Idque eadem juris stricta censura retenta, DD. ampliant, quamvis bona, in mundinis, & in mercatis, vel in portubus, aliisque publicis emporiis, cum bona fide empta essent; Atramen periculofum est, ad id se restringere, cum in plerisque locis mercantilibus (rationabiliter quidem) id in praxi non recipiatur, ut alibi advertitur. *dictio disc. 115. & 129. de Regal.*

Quare inspeccio remanet, an ex facti circumstantiis dici valeat, ut locus fiat prefato edito de his qua in fraudem &c. Sive, juxta practicum loquendi usum Curiæ, ut dici posset alienatio facta in fraudem paratae exequutionis; Hoc enim posito, plana resultat juris consequentia, super infractione actus, quodque etiam contra tertium, prævia ejus citatione, in processu summario, & exequutivo, ut infra in sequenti caso, procedi valeat. *Duran. decis. 364. Buratt. decis. 627. & 917.*

Difficultas autem versari solet, in facto potius, quam in jure; In justificatione scilicet hujus fraudis, quoties agatur de alienatione ex causa onerosa, & verè correspactiva, quo casu si in illo, in quem facta est alienatio, non probetur fraudis participatio, vel faltem mala fides à lege presumpta, eo quia scientiam haberet imminens exequutionis, tunc istud edictum non intrat. proxime supra Buratt. & add. dec. 166. & 450. *Royas dec. 209.*

Dummodo tamen, de causa onerosa & correspactiva verè constet, alias quam per ipsum contrahentium confessionem, quæ generaliter in prohibitis, vel in iis, quæ tertio prajudicialia sint, veritatem non probat. *supra disc. 23. in tit. de alien. & contract. disc. 28.* Et *tit. de dote disc. 159.* atque in his specialibus terminis DD. advertunt, add. ad Buratt. *dicta dec. 450.*

Secus autem, ubi alienatio esset ex causa lucrative, quoniam tunc indefinitè dicitur alienatio facta in fraudem, atque edictum intrat, quamvis revera constaret, quod tertius, in quem alienatio facta est, in optima fide versatus esset, quinimò quod ipsemet alienans citra animum fraudandi, bonaque fide id egerit, quoniam in actibus tertio prajudicialibus, quoties alter tertius lucrativam foveat causam, non attenditur fraus consili, sed sufficit illa praedictio, ut praesertim in materia feudal, ac alibi advertitur. *tit. de feud. disc. 1. & dicto disc. 40. de alienat. & contract.*

Istoque presupposito retento, ad facilius, vel

difficilis admittendum hoc edictum, intrat in specie bona, vel mala fidei, dum illud est subsidarium, ac exigit excusationem aliorum bonorum cum tertio bona fidei; Secus autem cum illo mala. *idem de quibus sub lit. B. Et tit. de Regal. disc. 28.*

29. Ac etiam intrant ea, super quibus adeo Scribentes se involvunt, circa subrogationem scilicet pretii loco rei, vel rei loco pecunia, aut unus rei loco alterius; Nec non super privilegiis, quæ in jure conceduntur pupillis, aliisque personis sub legali administratione existentibus, vel mulieribus in dote &c. cum revera percutiat aliquid majorem habilitatem seu prærogativam circa exemptionem à probatione fraudis, vel à necessitate excusationis, ac verificatione casus subsidii. *ubi supra, & tit. de credito disc. 35.* Quamvis (ut præmissum est) plurimum Scribentium accedant æquivoca, resultanta ex consueto vito transcribendi doctrinas ad literam, non applicando ad sensum illarum, sive non bene distinguendo casus, vel effectus, sed eos confundendo ac propterea materia involuta videtur, cum non sit.

Alter demum casus, vel effectus est ille, in quo agatur de hoc vito litigiosi, circa ordinem judicij tantum, quod sc. concedatur quidem colliganti jus prosequendi bona, vel jura, quæ erat in ille, etiam contra tertium, in quem alienatio pendente facta sit, sed cadat quæstio super modo vel super ordinem, an sc. viator possit prosequi direcione suam exequutionem, etiam contra tertium, eo modo quo posset contra colligantem, si alienationem non fecisset; Vel potius cogeretur novum judicium rescissorum ex integrō instituere.

In hoc autem, scribentes magis se involvere videntur, cum confusa opinione varietate, quoniam; Aliqui ad istum quoque effectum, rigorose considerant, ut verum vitium litigiosi necessarium sit, quod non contrahitur nisi eo modo quo supradicti verò considerant limitationes, quæ pariter supra recensitæ sunt, resultantes ex litera legis, vel ex communi & recepto sensu DD. Et alii distinguunt qualitatem personarum in quas alienatio facta sit, sive diversitatem fori, quoniam, ubi præsertim per laicum colligantem in foro sæculari, facta esset alienatio in clericum, vel in aliam personam ecclesiasticam diversi fori; Tunc ad remedium rescissorum ex integro volunt configendum esse. *dicto disc. 40. de alien. & contract. Sporell.*

Omnia verò hæc, consuetas irrationalib[us] leguleicas formalitates, continere videntur, ad aliud non deservientes, nisi ad calumniarum formentum, ac litium æternationem, cum inanibus circuitibus, Ideoque magis probabilis, ac omnino recipiendus videtur sensus, cum quo magis judiciorē aliqui moderni procedunt, ut omnia præmissa respectivè, consideratione quidem digna sint, ad primum effectum supra recensitum pénarum s. vel irritationis actus, etiam inter ipsos qui illum faciunt, sive favore alterius non colligantis, cuius intersit actum haberi pro infecto; Secus autem ad istum effectum ordinis, vel formæ judicij, super necessitate instituendi ex integro judicium ordinarium rescissorum, quod exigit alium longum dispendiosum processum trium conformium; Id etenim ab omni humana ratione ac etiam à verisimili sensu legis, cuius anima est ipsa ratio, alienum videtur.

Hinc

Hinc proinde verius censendum est, ut diversitas fori, seu privilegium clericale, operetur quidem, ut ad exequitionem procedi non valeat, directe, ac immediatè, cum illo mandato. Judicis diversi fori, quod contra principalem alienam tem est exequibile, sed quod coram Judge competente debeat, prævia citatione, ac etiam aliqua summaria cognitione, decerni exequitio, quæ propterea fiat cum auctoritate Judicis ecclesiastici, ne detur inconveniens, quod Iudex laicus, cum clero jurisdictionem exerceat, adeo ut Iudex ecclesiasticus exequitoris potius quam Iudicis partes asumatur. Non autem ut partes novas Iudicis ex integro gerere debeat, cum ita sufficienter possessori consultum remaneat, dum citatus, in ea summaria cognitione, suas exceptiones vel defensiones deducere potest. Et quando videantur relevantes, proprius Iudex competens abstinebit a concessione exequitionis; Ob eam differentiam quæ dignoscitur inter exequitorem juris & exequitorem facti, & per consequens occasionem non habet conquerendi. Et e converso consulitur viator, ne jam defatigatus à lita sustentatur cum alienante, novam item cum tertio, in quem facta est alienatio, suscipere cogatur. proxime supra.

Idemque ubi agatur de casibus limitatis ex causa doris vel transactionis, sive dationis in solutum & simili, quoniam procedendum quidem non est, recta via ad exequitionem mandati relaxati contra priorem possessorum, qui alienationem lite pendente fecerunt, aut contra novum possessorum non citatum, sed est citandus, atque comparendo audiendus in suis exceptionibus, que esse possunt relevantes; Puta crediti, vel jurium anteriorum, adeo ut exequitio redoleret inanem circuitum, à quo esset abstinentium; Non autem ut urgere debeat necessitas novi iudicii ordinarii recifiorum, cum revera ista videatur irrationalis formalitas, cui omnis ratio & æquitas repugnat. proxime sup. Buratt. & add. dec. 166. dec. 13. & 14. post Merlin. de pignor.

Atque ad hunc effectum bene intrat consideratio, quæ ab aliquibus judiciose fieri solet; quod scilicet ubi agatur de lite in iudicio possessorio, vel in alio remedio rei persequitorio, etiam ex ratione hypothecæ, tunc si non intrat verum uitium litigiosi in ipsa re, quæ dici valeat effecta litigiosa, intrabit in ipsa possessione, quæ dici valeat litigiosa. dicto disc. 40. de alien. & contral.

In eo autem casu, non improbabiliter novus possessor, in quem alienatio facta sit, ad istum legalem rigorem configurare poterit, ubi scilicet vigeat dispositio juris civilis, circa peremptionem instantiæ, per quam, lis extincta, vel sublata remanet, quoniam tunc alienatio, citra aliquid vitium facta dicitur; Ideoque si postea eadem lis instauretur tanquam per insufflationem spiritus vita ab eo qui desuper potestatem habeat, tunc id, poterit quidem, ex legis fictione, operari retroactionem, vel continuationem, & coniunctionem extremorum, quoad effectus praedictiales ipsi collitiganti, non autem tertio, cui interim jus validè quæsitus sit, in tempore habili, cum ejus respectu, extrema non sunt habilia. Rovit. in Rubr. & pragm. 1. de instant. caus. non restauran. & dec. 74. dec. 36. post Merlin. de pignor.

Isti autem, pro meo iudicio videntur, termini, cum quibus hæc litigiosi materia, distingueda, & regulanda videtur negligendo, (quo ma-

gis fieri potest,) antiquas legales formalitates, quæ ad aliud, ut dictum est, non deserviunt, nisi ad confovendas calumnias, atq; inanes circuitus

Contingit item, in eodem proposito mutationis personarum quandoque catus conversus, quod scilicet, pro exequitione facienda, exequitorialium, seu mandatarii exequitivi, renovatio necessaria est, eo quia mutetur persona viatoris, cuius favore judicatum prodiit, atque exequitoriales decreta, vel relaxata sunt, unde propterea, ipso defecto, ejus heres, vel successor, exequitionem petat, atque ad hunc effectum, citandum est vietus, contra quem exequitio fieri debet, ut sciat, & agnoscat ejus creditorem, sive illum cui debitum solvere, ut bona restituere, aut aliud adimplimentum facere debet, ut in Rubrica legitimacionis persona quoque advertitur sup. d. 12.

In hoc autem, plures disputare occasio dedit, an sit opus, ut priusquam exequitio peti valeat, præcedere debeat sententia canonizatoria tituli hereditarii, vel successorii, nec ne; Variis, varia de more sententibus, ut in omnibus.

Ea vero videtur vera distinctio, juxta quam plures obtinui, quod scilicet, aut debitor, vel vietus, contra quem exequitio petitur, nullum jus habeat in hereditate, vel successione viatoris, vel creditoris, adeo ut perseveret in eadem unica persona, vel figura debitoris, vel collitigantis vieti, qui sive ab una, sive ab altera persona, que viatorem repræsentet, exequitionem pati debet; Et tunc, non requiratur formale iudicium, sive sententia, super canonizatione status hereditarii, vel successorii, sed sufficiat illa virtualis, & implicita, hujus status, vel juris canonizationis, quam Iudex faciat, decernendo mandatum, vel ejus renovationem, & exequitionem, cum debitor vel vietus aliud non habeat interesse, nisi circa illud legitimacionis personæ. cod. disc. 12. Et quando ipse, ad effugiendam, vel differendam exequitionem, juxta consuetudinem Reorum succubentium, opponat de jure tertii, quod scilicet, non ad petitorum, sed ad alterum illa successio pertinet; Tunc, licet ita dicatur exceptio juris tertii; Attamen exaudiri meretur, dum principaliter deducitur pro jure, & interesse proprio, ut scilicet solvatur legitimæ personæ, quodque alias cogi non debeat ad iteratam solutionem, vero creditori postea venienti, ut quandoque praxis docet. tñ de credito disc. § 8. Verum per cautionis remedium, huic oppositioni consultum est. ibid. & tñ, de herede disc. 17. & tñ, de fideicommiss. & alibi, sive per aliud aequipollens, pro facti qualitate, non immutata natura, seu qualitate processus summarii, & exequitivi, super hujus renovationis concessionem, cum implicita tantum canonizatione personæ, absque eo quod collitigans vietus, dici valeat legitimus contradictor.

Aut vero, ipsem supervenientiam prætendit novi juris, vel tituli, per quem viatoris personam quoque induere prætentat, unde propterea jure confusionis actionum, vel imaginariae solutionis, dicat quod exequitio jam consumata sit, quodque ipsa res judicata suum effectum fortita fuerit, adeo ut principalis questio, inter ipsum, & alterum petitorum effet super hujus juris pertinentia, vel personæ representatione, itaque prætensio non sit notoriæ chymetrica, & idealis, sed aliquam probabilem habeat dubitatem; Et tunc requiritur formalis, & expressa

ca no.

& expressa canonizatio tituli hereditarii, vel successori, causa cognita in judicio ordinario, quod terminandum est per rem judicatam, vel per tres conformes, iuxta terminos legitimi contradicitoris, *infra disc. 44.* Atque recte intrat regula, seu propo-
sitione, quod judicium universale quiescere facit par-
ticulare, illique est prejudiciale, *supra disc. 15.* &
infra eodem disc. 44. Cum alias esset supponere pro
conclusione, id quod est in questione; Sive, quod
esset prius exequi, & postea judicare; Ut praefer-
tim in facti contingenti practicay in casu, in quo
patruus erat debitor in processu exequutivo, nepo-
tis. Isto enim defuncto ab intestato, in eius suc-
cessionem eiusdem defuncti germanorum ex Statuto,
super cuius interpretatione quasdam cedebat, cu-
aliqua opinionum varietate, an loquendo de fratre,
& de nepote ex fratre, suffragetur etiam patruo,
tit. de success. ab intest. in supplemento in Eugubina.
Quoniam, cum potissimum ipse vivendo pro com-
muni cum defuncto, hereditatis possessorum se dic-
eret, urgiri non poterat per sororem, tanquam
pratenstam heredem in processu summario, & ex-
equutivo ad solutionem debiti, dum oportebat prius
firmare statum, super titulo successorio, vel heredi-
tario, ideoque credo quod prodierit sententia ab-
solutoria ab observatione judicis (& merito qui-
dem) cum similibus, quibus eadem congruat ratio-

Dantur etiam causas, in quibus inter ipsos met-
principales colligantes, intret huiusmodi questione
renovationis, vel exequatur, coram eodem Judice,
qui mandatum, vel exequitoriales concessit, quod-
que oppositio legitima sit, suumque operetur effe-
ctum, sive quod saltim digna sit nova formalis dispu-
tatione, perinde ac si, de exequitorialium concep-
tione, ex integro ageretur; Puta quod renovatio
petatur post jam prescriptum Judicis officium, seu
viam exequitativam, ut de jure, etiam in re judicata,
34 vel in exequitorialibus, que eius vigore relaxata
sint, sequitur ob prescriptionem tricennalem, que
non obstante impedimento male fidei, verificatur
quoque in ipso principali, dum Aliud est prescrip-
tio debiti, vel juris in substantia, aliud vero pres-
criptio ordinis, vel processus, ut supra in rubrica
prescriptionis advertitur, *supra disc. 21.* Sive quod
agatur de exequitorialibus Rotalibus, quarum re-
novatio petatur post decennium, cum tunc, ex styllo
35 Tribunalis, id non concedatur, nisi prævia formalis
disputatione dubii in negotio principali, ut alibi
plurimes adverterit, *In relatione Curie disc. 32. & tit.
de jurisdic. disc. 2.*

Prout etiam datur frequenter casus formalis
disputationis meritorum negotii principalis, occa-
sione huiusmodi exequatur, coram scilicet exequi-
36 tore independente, non autem eo dependente, quem
idem Judex deputaverit, ad solum effectum exequi-
endi cuius vice ac nomine; Ita siquidem dicitur
potius exequitor nudi facti, nudusque minister, vel
mandatarius Judicis exequentis, unde propterea
solum in eo cadit questione, circa modum procedendi,
an scilicet servare debet, in consumatione exequi-
37 tionis, stylum proprium, ut una opinio credit, vel
potius illum delegantis seu mandantis, ut credit
altera forte probabilior, *Buratt. decis. 170. Rovit.
pragm. 1. de citat. add. ad Vestr. lib. 2. c. 2.*

Sed agatur de exequitore independente, que ju-
ris dicitur, & cui facultas de jure competit, recog-
noscendi justitiam, ac validitatem mandati, cuius
38 exequitio petatur, si non ad effectum infirmandi,
vel revocandi, cum id ad ipsum non pertineat, sal-

Card. de Luca de judiciis & judicialibus.

tim ad effectum abstinenti, ac denegandi exequitionem, vel impartitionem brachii; Puta (pro fre-
quenti Curiae praxi,) si creditor, obtento ab Audi-
tore Camere, vel alio Judice ordinario competenti
mandato exequutivo, illud presentet Congregatio-
ni Baronum, ut iuxta eius facultates illud exequatur,
fideicommissis, aliisque vinculis non obstanti-
bus, quoniam ad oppositionem eius contra quem
exequitio facienda est, vel alterius interessati, puta
creditoris posterioris, seu illius, qui jus, vel spem
habens in successione fideicommissi, vel investitu-
ra, opponat de mandati iuslitia, vel nullitate
Sive posita etiam iuslitia & validitate opponatur
de alia exceptione relevanti, ob quam petita exe-
quitio denegari debeat, assumuntur defuper for-
males disputationes, etiam cum frequenti opposi-
tionis canonizatione, *tit. de feud. disc. 77.*

Sive, ubi agatur de exequitione facienda in alie-
no territorio, à cuius Judice, vel Magistratu im-
partitionem brachii jurisdictionis, vel exequatur,
obtinere oporteat, cum penè communis invaliduisse
videatur stylus, & praesertim magnum Tribunalum,
non concedendi huiusmodi exequitiones, nisi
39 prævia aliqua sumaria cognitione justificationis; Ut
praesertim est stylus Rotæ non exequendi senten-
tias aliorum Judicium & Tribunalum, sine iusta
cognitione, *Cels. de Graff. dec. 10. de sent. & re jud. dec.
362. num. 5. par. 13. rec. Cavaler. dec. 62. & 270.* Idq;
alii magnis praesertim Tribunalibus pene ubiquie
invaliduisse videtur, *titul. Miscellan. Eccles. lib. 14. disc.*

22. His omnibus itaque, vel similibus cessantibus;
Atque praesupposito mandato in libero statu ex-
equibilitatis, unde propterea, aliud non superest,
nisi actus facti, super exequitione, qua exigat factum
hominis, ut contingit in ea re judicata, qua
sequatur favore creditoris, vel petitoris, adeo ut
40 non intret illa exequitio, qua sequi dicitur juris
ministerio, absque alio factio hominis, ut est illa,
qua favore Rei & possessoris resultat ex sententia
absolutoria; Et tunc triplex habetur species ex-
equitionis, nempe; Personalis, Realis, & Spiritua-
lis; Personalis enim sequitur per capturam perso-
nae (agendo in civilibus,] adeo ut non intret illa
species magis rigorosa exequitionis, qua intrat in
criminalibus, per mortem, & scissuram in frusta, vel
41 per detractionem in tritemibus, vel in carceribus, si-
ve per fustigationem &c. Realis per subhaftatio-
nem, & deliberationem, vel adjudicationem bono-
rum, seu aliam eorum translationem aut captio-
nem; Et spiritialis per censuras, que in Curia, sub
nomine declaratoriarum explicitantur; Quare de
singulis huiusmodi speciebus agendo.

Quatenus pertinet ad primam, circa exequi-
tionem personalem, per carcerationem, super eius
facienda impedimento, vel jam factæ retractatione
cadere solent questiones, que resultant à privilegio,
vel à qualitate personæ, que ratione ordinis, vel
42 dignitatis, aut ratione sanguinis, vel alterius cause
reverentia, sive ex qualitate causa debendi, teneri
non debeat ultra quam, &c. Vel quod alias ab ista
magis molesta & incognita exequitione sit exemp-
ta, an scilicet istud privilegium intret, nec ne, juxta
ea, que in clericis, & in militibus, vel in conjunctis,
seu in benefactoribus, aliisque in hoc privilegia-
tis, habentur in materia debiti & crediti, ubi viden-
dum est, *tit. de credito plurius.*

Sive ubi id exigat necessaria provisio alimentorum,
quam creditor debitori carcerato deneget, vel quod
alias, supremi Magistratus auctoritas hunc rigorem
43

relaxet, ut agendo de visitatione carcerum insinuat, *in relatione Curie dicitur.* 29.

De huius exequitione etiam impedimento, dis-
putari solet, quando ita suggerat aequitas, ob quam
Judicis officium intret; Licet etenim de juris stri-
cta censura, in arbitrio creditoris repositum sit,
utramque exequitionis speciem practicare, seu e-
tiam variare de una ad alteram, vel in eadem specie
reali variare de re ad rem, ut ita debitor magis tadio,
molestius affectus, implete id, ad quod tenetur, *decreta.*

*161 par. 6 rec. dec. 163. & 197. post Zacob. de obl. de
Marm. resol. 5 8 lib. 1. Salgad. in labyrinth. par. 1 c. 17.*
Adhuc tamen, omnino refrenatum non est Judicis
officium, ex non scripta aequitate, quam facti cir-
stantia suadeant, hunc rigorem relaxare, si ex jam
facta exequitione reali, vel quae commodius, ac
promptius fieri potest creditori, vel petitori consul-
tum sit, ita refrenando indiscretum victoris arbitri-
um, quod ameliorationis, vel malignitatis, aut inju-
riae speciem pro facti qualitate redolere videatur;
Ideoque desuper certa & generalis regula statui non
potest, cum ex facti qualitate, ac singulorum ca-
sum circumstantiis, totum pendaat, atque arbi-
traria materia sit, *locis citatis.* Ab aula etenim om-
nino recesserunt, atque per canonica aequitatem
damnati sunt illi antiqui rigores, per quos debitores
creditorum servi efficiebantur; Sive adeo sub eo-
rum potestate cedebant, ut etiam vita, ac necis, vel
dilaniationis, alteriusque corporalis afflictionis jus
competeret.

Quo vero ad alteram speciem exequitionis
realis, illa diversimoda est juxta rei judicata qua-
litatem; Ubi etenim res judicata sit merè realis, si
per ipsum scilicet rei vindicatione, in ratione domi-
ni, ac pertinentia, non autem in sola ratione cre-
diti quantitatis, pro istius aequitione; Et tunc, ad
illam rem tantum exequio restricta est, illam scilicet
abdicando à victo priori possessore, eamque
transferendo in victorem, cui res judicata illam de-
cernat, quando subjecta materia patiatur huius ex-
equitionis proxim; Puta quia agatur de bonis sta-
bilibus, vel etiam de mobilibus extantibus, que sint
sub potestate Judicis exequientis, adeo ut de facto
nullum obstet impedimentum; Istoque casu praetendit
non potest exequio, in persona, vel in aliis
bonis, cum desuper nulla facultas compe-
tat.

Ubi vero impedimentum praestetur, tunc locus
fieri potest alteri exequioni personali, que dici-
tur ad factum, ut ita scilicet tadio affectus, impedi-
mentum illud removeat, vel ab eius præstatione ab-
sineat; Sive per multam pecuniarum, que ha-
beat tractum successivum singulis diebus ac tempo-
ribus, donec idem effectus sequatur, quod sub no-
mine gravatoria ad factum, apud Praeticos in Cu-
ria explicatur.

Vel per quemdam speciem repressoria, adjudi-
cando, vel saltu dando in tenutam, unam rem
pro altera; Ut puta, si ratione competitaria fori,
qua resultat ab origine, vel à domicilio, vel ab ap-
prehensione in Curia, sive ex alio respectu intro-
ducta sit causa super pertinentia alicuius castri,
vel prædi, quod sit extra Statum ecclesiasticum in
diverso principatu, atque ex facti circumstantiis
resulteret, quod res judicata effectum fortiori non va-
leat, neque exequitioni demandari super illo castro,
vel prædio, ob impedimenta, que ab illius principatu,
vel ditionis Magistratus secularibus præ-
stentur; Tunc si vi et in Urbe, vel in Statu eccl-
esiastico possideat alia bona, super istis in aequivalen-

tia demandari solet exequio, tamquam per speciem
refectionis damnorum, & intercessi, sive per quam-
dam speciem mulctæ, & captionis pignorum, seu
mandati ad factum, donec removeantur impedi-
menta, quæ provenire præsumitur ab ipso victo
intercessato, juxta ea, quæ supra de recursibus haben-
tur, sive donec præstetur illud factum, quod praetendit
est, restituendo eam rem illi, quem res ju-
dicata dominum declaravit, *Bich. decis. 149. & infra-*
natur tit. de feud. dicitur. 16.

Ubi vero agatur de exequitione reali pro credi-
to quantitatis, pro cuius aequatione, devenen-
dum sit ad bonorum subhaftationem, ut ex pretio
dissolvatur quantitas, quæ ad formam exequitoria-
lium, victori solvenda est; Regula generalis, de
stricta juris censura disponit, ut in creditoris arbitri-
o repositum sit, quanam bona exequi velit, nulla-
que sibi incumbat necessitas exequendi caminorū 48
valoris, quæ debito magis proportionata sint, qui-
bus extantibus non possit fieri exequio, cum ma-
jori debito ris incommode, vel detrimento in bo-
nis magis qualificatis, & conspicuis; Sive quod te-
neatur prius executere mobilia, & postea immobilia;
Sibi enī imputet debitor, cur non implete id, quod
impleturus est, atque creditori danda est facultas
illum molestandi, quo magis fieri potest, ut ita
promptius solvat, *tit. de cred. discr. 126. & supra*
numer. 44. Adeo ut detur etiam cumulativa
utriusque exequitionis, realis, & personalis ut sup-
ra.

Quamvis autem de stricto jure, id recte proce-
dat; Non tamen refrenatum est judicis arbitrium, 49
vel officium, ex quadam non scripta aequitate, mo-
derandi hunc rigorem, atque non permittendi ex-
equitionem, & subhaftationem bonorum qualifica-
torum, & magni valoris, ubi commode ac prompte,
cum mobilibus, vel etiam cum stabilibus minoris
valoris, atque debito magis proportionatis consul-
tum esse potest, *dicitur. 126. de credito.*

Fortius vero ubi hoc Judicis officium vel arbitri-
um interponi petatur, non per ipsum debitorem,
sed per titum, puta per alios credite, vel in-
teressatos, quorum ita intersit; Verum nulla desuper
statui potest regula certa, & generalis cuiuscumque
casui applicabilis, cum agatur de aequitativo ar-
bitrio, quod ex singulorum casum qualitate, &
circumstantiis, regulandum erit; Magis vero, ex
regionum vel Tribunalium stylis, qui in hoc totum
facere videntur; Ut puta, est stylus Tribunalium
Regni Neapolitani, non permittendi exequitionem, &
subhaftationem bonorum feudalium, ubi
consuluntur esse possit, cum allodium; Atque in
ipsiusne feudalibus, servandi eundem ordinem in-
ter titulata, & non titulata, seu magis, vel minus
conspicua; Idque commendabile potius videtur ex
regula, seu axiome, ut quod uni non nocet & al-
teri prodest, &c. *ead. dicitur. 126.* Potissimum vero ubi
id respiciat intercessi, vel indemnitatē tertii, qui
dici non valeat culposus, & commiseratione parum
dignus, sicut dicendum est, principalis debitor mor-
tuus.

Hinc proinde, non videtur commendabilis ri-
gorosa interpretatio, que in præjudicium suc-
cessoris independentis à debitore ex fideicom-
missio, & investitura, per Congregationem Baro-
num, data fuit Bulle Clementina, quæ pariter
Baronum dicitur; Ut scilicet sit in arbitrio
creditorum, exequi, & subhaftari facere
bona fideicommissaria, vel alia, quæ re-
vera non sint de libero patrimonio, vel ha-
bitate

ditate debitoris, etiam jurisdictionalia, & conspi-
cua, quamvis ad finitima bona libera, que ad præscrip-
tam eiusdem Bullæ assignari debent fideicommissum
pro eius rei integratione, *cod. disc. 126. & tit. de feud.*
disc. 73. & seqq. ad materiam Bullæ. Nulla etenim
congrua ratio istum circuitum suadere videtur,
quoties facti circumstantiae non suadeant etiam a-
equitatis assistentiam favore creditorum, quoniam
in concursu aequitatis, hincinde, tunc sequenda po-
tius est illa, quæ stat pro creditoribus foventibus
causam oneralem, juxta illas considerations, que
habentur in materia eiusdem Bullæ ad illam salvandam,
ab exorbitantia, *dicto tit. de feud. disc. 73. &*
seqq. Sed ubi creditorum nil interfit, atque possit
eis esse æque bene consultum per executionem
bonorum liberorum, tunc dicta rigorosa interpre-
tatio, nullatenus admitenda videtur.

Hinc proinde ista materia judicanda est ex illis, in
quibus erroneum est procedere cum solis generali-
tatis, atque conclusiones vel doctrinas in sola li-
tera intelligere, illas indefinitæ cuicunque causi ap-
plicando, cum verius totum pendere debeat, ex sin-
gulorum casuum circumstantiis, ex quibus regu-
landum est Judicis arbitrium, quod tamen admix-
tam habeat legalem prudentiam, ac etiam in-
tegritatem, verè gerendo partes boni viri,
quas ipsegerere tenetur, non autem ad complan-
tiæ.

Atque ita decidenda videtur illa quæstio apud
Modernos excitata, antiquioribus ignota, an scilicet
creditor anterior privilegiatus, qui eius jura ex-
periri potest in bonis differentibus, ad quæ alii
jus non competit, teneri debeat illa experiri, atque
relinquere bona libera, & indifferenter ad commo-
dum posteriorum, ut ita omnibus consultum rema-
neat, ex eadem regula seu axiome, ut quod tibi
non nocet, & alteri potest, &c. Quamvis enim de-
stricto jure, verior sit opinio, quam sequitur Curia,
ut creditor anterior privilegiatus ad id non sit co-
gendus, sed pro eius arbitrio bona libera exequi,
subhaftare possit, ex regula, quando quis exercet
suum jus principaliter, ut sibi profit, curandum non
est accessorium, vel consequutivum præjudicium,
quod alteri resulteret; Ad instar adiunctus in suo, qui
præjudicet luminibus vel aëris amoenitate, seu aspe-
ctui, vel prospectui vicini, cum similibus, *tit. de dote*
disc. 87. & 147. tit. de credito pluries. Adhuc tamen,
ex eadem ratione, ob quam in ipsissimis bonis liberis
debitoris lex aliquando permittit refrænationem
liberi arbitrii creditoris, videtur idem in præfeti-
dicendum, ponderando an adit aliquia probabilis
ratio, ob quam ille creditor privilegiatus nolit uti
privilegio; Vel potius est converso, nulla subsistat
ratio, adeo ut id redoleat quandam speciem emulatio-
nis, vel malignitatis; Ut putat (ex.gr.) Mulier
pro dotis restitutione, eius jura commode experiri
potest in bonis fideicommissariis, atque ita consul-
tum remaneret creditoribus posterioribus viri in
bonis liberis (quod tamen eas patitur difficultates,
qua in doceali materia insinuate sunt pro subintra-
tione fideicommissum in eius juribus pro reintegra-
tione) *dicto disc. 145. de dot.* Et tunc si fideicommissum
pertinet ad eiusdem viri debitoris, ipsiusque
mulieris communis filios, recte ipsa dicere potuerit,
nolle suum jus, vel privilegium exercere in bonis
fideicommissariis, ut relinquit bona libera creditori-
bus posterioribus, quoniam ita eslet eam co-
gere ad damnificandum proprios filios, ut morem
gereret extraneis creditoribus, cum similibus, qui-

bus eadem ratio adaptetur, Sed si fideicommissum
transitum facere debet ad remotos, vel ad extra-
neos; E converso autem creditores sint tales, ut
erga eos etiam ipsam mulier aliquam, saltem con-
gruentia, & honestatis obligationem habeat, quia
nempe sint creditores ex causa sustentationis do-
minus, ac vietus, & vestitus, vel alia simili, sive ex cau-
sa liberationis viri ab incommodis, vel calamitatibus,
adeo ut licet ipsa pro talibus debitis obligata
non sit de rigore juris obligata tamen videatur ex
quadam ratione honestatis, & congruentia; Et
tunc saltem haec obligatio considerabilis videtur,
ad huius arbitrii moderationem; Multò vero mag-
is, quando naturaliter, ac de facto, accederet
etiam eiusdem mulieris obligatio, adeo ut credito-
res eius fidem quoque sequuntur essent, ipsa vero obli-
gatio inefficax remaneret, ex legalibus rigoribus,
vel superstitionibus, ob non servatas solemnitez
statutarias, vel quia indotata remaneret,
sive ex insufficientia cause, &c. quoniam id sal-
tem hunc effectum operari debet, cum simili-
bus.

Ad impediendum item executionem, quæ pro
creditoris arbitrio consumanda sit per subhaftatio-
nem, & sic dum tes adhuc est in fieri, oblatio per de-
bitorem, vel eius heredem, sive per creditores po-
steriores pro corum indemnitate fieri solet, assigna-
tionis, vel dationis in solutum tot bonorum, unde
propterea cadit quæstio, an creditor hanc oblatio-
nem recipere teneatur; Atque pariter non potest
desuper certa statui regula generalis, cum regionum
vel Tribunalium stylis, qui diversi sunt, deferendum
veniat; In hoc autem rigorosa est Curia contra de-
bitorem, benigna vero ergo creditores, ut ad id co-
gi non debeat, nisi multa verificentur requisita,
qua in aliquibus Rotæ decisionibus recentita sunt,
eaque nimium difficultate, ac rarum est ad proxim deducere; adhuc tamen dicendum est id, quod supra,
ut scilicet id pendeat ex Judicis prudenti, beneque
regulato arbitrio, ex facti circumstantiis metiendo,
Duran. dec. prima, Gregor. & add. decif. 353. Bich. dec.
484. Salda. in labyrinth. par. 1. cap. 22.

Item quamvis in puncto juris, vera sit superius
insinuata regula, quod creditor anterior, qui bona
debitoris jure pignoris possidat, vel detineat, im-
pedire non possit, quin posteriores, illa exequi, ac
subhaftare valeant, ad effectum, ut ex pretio, juxta
eorum ordinem eis satisfiat; Adhuc tamen eidem
arbitrio locus esse debet, quoties ex bonorum qua-
litate incontinenti consit, quod ille sit circuitus
inanis producitus expensarum executionis, &
subhaftationis, absque ipsorum creditorum utili-
tate, quia nempe nihil verisimiliter pro eis super-
fit, ex quo creditum anterius totum valorem ab-
sorbeat; Ideo praxis est, quod demandari solet,
ut bona, quæ possidentur per anteriores, ponantur
sub hafta, quatenus oblationes excedant, &c. *talis*
est quotidiana praxis.

Aliud quoque impedimentum, idem debitor ex-
equutioni praefat, per susceptionem termini trigesi-
tiderum, qui de stylo Tribunalis Auditoris Camerae,
cuilibet petenti conceditur ad solutionem facien-
dam, vel ad aliud implementum praestandum,
cum per hanc termini susceptionem se debito-
rem fateri dicatur, atque cuicunque excep-
tioni renunciare, *Duran. decif. 373. Ca-*
valer. decif. 292. Ridolphin. in praxi. par. 1.
cap. 14. ex numer. 112. Sed quia debitores, contra
quos mandata decreta sint, adire solent Signature

Card. de Luca de iudiciis & judicialibus.

Justitia Praefustum, atque supersessorias obtinere, ut adeant plenam Signaturam, ita obtinendo hanc dilationem sub spe, ut in casu rejectionis confugere quoque licet ad aliam dicti termini; Idcirco laudabilis inolevit stylus decernendi, ut supersessoria computetur, in termino eiusque loco cedat.

Respicunt hæc & similia, exequitionis ingressum vel progressum, ne ad illius consumationem procedatur; Quatenus vero, his cessantibus, ad consummationem, cum subhaftatione, ac deliberatione deveniatur; Tunc plures desuper cadere solent questiones, super cuiusdem subhaftationis, vel deliberationis forma servanda, & per consequens, ob eam non fervatam, super invaliditate, vel rescissione, aliave retractatione; Et præsertim, priusquam deveniatur ad actum subhaftationis, an procedere debeat bonorum, qua ponenda sunt sub hasta, exequitione, qua sit de forma, adeo ut alias subhaftatio-

§ 7 invalida sit, ut scilicet prius bona efficiant pignus pratorum; Atque in hoc, licet pro generali consuetudine sribentium, non deficit opinionum diversitas, attamen ea videtur probabilis, magisque recepta est distinctio, an bona, de quibus agitur, dici valent, jam effecta pignus ad favorem eius, qui subhaftationem petat, quia nempe sint eidem hypothecatae; & tunc iste actus exequitionis non sit præcisus necessarius, cum ita jam adesse dicatur qualitas pignoris, secus autem si istud pignus conventionale non admittit, cum tuas requiratur alterum pratorum, decif. 64. par. 11. rec.

Bene verum quod certa & generalis regula de super statutis non potest, cum in hac materia subhaftationis, ac deliberationis, tam respectu istius requiritur, quam aliorum de quibus infra totum facere videantur Tribunalium stylis, qui non solum ob diversitatem principatum, varii sunt, sed etiam inter plura Tribunalia cuiusdem principatus, in modo eiusdem Civitatis; Ut in Curia præsertim edocemur quod; Alia est praxis Auditoris Camere, & alia Rotæ, & altera Vicarii; Magis vero dixeris ab omnibus, est illa fori Capitolini.

Ab aliquo vero moderno tempore, inolevit præxis (orsfan originata a Congregatione Baronum,) ut iste actus exequitionis, sequi dicatur ex verbo judicis, qui mandet stari sub exequitione; Idque præsertim congruit juribus corporalibus, in quibus non est verificabilis actus facti positivus exequitoris; Puta quando agatur de censibus, vel de locis montium, aut de nominibus debitorum, alisque similibus juribus; Et neque incongruit bonis stabilibus; Velerum illis mobilibus, quorum qualitas non permitrat actualem asportationem ad depositariam, id est ad illum locum, in quo sunt subhaftationes.

Decretum vero de subhaftando, prævia citatione Partis, cuiusque subsequente intimatione, necessarium meritò dicendum est, decif. 61. post Merlin. de pignor. Ridolphin. par. 1. cap. 15. ex num. 98. Ex ea congrua ratione, ut ita debitor sciatis se passum esse subhaftationem suorum bonorum, ad effectum, ut rebus suis consultat, magisque sit sollicitus illam evitare, cum solutione, vel cum alio implemento, ad quod tenetur; Sive quia multa deducere potest, ad illa impedieandam, vel saltem modificandam, seu qualificandam, ex supra deductis.

Super requisito estimationis, consueta opinio num diversitas habetur; Aliis em desiderantibus; § 8 Aliis vero non; Ideoque deferendum est illius Tribunalis stylis, qui in Curia est varius, quoniam in foro Capitolino est in usu, non autem in Tribu-

nali Auditoris Camere, dec. 263. post Zacc. de oblam. dec. 51. post Merlin. de pignor. Ridolphin. par. 1. cap. 15. num. 139. & seqq. Illam tamen habet in usu Congregatio Baronum, tit. de feud. dec. 73. cum pluribus seqq.

Eam vero in punto juris videri probabiliorem distinctionem, cum qua in omni Tribunalali, etiam in illo Auditoris Camere procedi debeat, plures in facti contingentia dicere consuevi, quod scilicet, Aut loquimur de illa solemnis, ac formalis estimatione facienda a peritis, ab utraque parte eligendis, & cum aliis actis ordinatoriis, qua sequi solent in iis, quae pendent a judicio peritorum; Et tunc, ista species estimationis, non solum reputari non debet necessaria, sed potius abhorri, atque expresse damnari, cum ita effet conuovere calumnias, atque exequitiones in longissimum protrahere, ut praxis quotidiana docet in huiusmodi peritorum relationibus ac judicis, ut in eorum particulari Rubrica advertitur, supra dec. 33. Aut vero de illa estimatione summaria, qua sufficiat ad informandum Judicem, eiisque animum instruendum, ut ita sciat circum circa, quid illius rei valor importare valeat; Quoties qualitas bonorum, vel iuri non sit talis, ut pretium civile, quasi notorium habeat; Et tunc adhaerendum sit opinioni eam desiderant, ut ita judex sciat, an major, seu melior oblatio, sit talis, quod acceptari mereatur.

Cum etenim in jure statutum habeamus, accedit penè ubique in praxi receptum, quod non reperto justo oblatio, bona exequita, adjudicari de 62 debet ipsi creditor, prævia estimatione, qua ad hunc effectum adjudicationis necessaria reputatur, dicta decif. 263. post Zacc. de oblam. add. ad Buratt. decif. 96. Posth. de subh. inf. sp. 47. Romana fideicommiss. de Alerinis 23. Iunii 1662. coram Bevil aqua. Practicari tamen solet deducio aliquius quota, puta sexta, vel tercia &c. juxta varios Tribunalium stylos, quibus in hoc est deferendum; Utique præsupponenda est in Juge, quando sit subhaftatio scientia justi valoris, ad effectum dignoscendi, an repetiatur nec ne justus oblator, vel potius ad adjudicationem procedere debeat.

Et quamvis aliqui credant, quod huic inconvenienti, consultum remaneat cum publicis incantibus, vel editis, seu bannimentis, quasi quod ita publicus forus estimationem faciat, dum presumendum est, quod unus non patiatur, ut alter oblator pro vili prelio, cum magno lucro, illam rem obtineat, ideoque infra limites justi valoris, unus oblator alterum superare studeat, atque multoties obæmulaciones, qua in eo subhaftationis calore oriuntur, sequi solent oblationes ipsum valorem excedentes; Unde propterea antiquæ leges, & cum earum sensu antiqui Interpretes, in venditione bonorum illarum personarum, qua sub legali administratione vivunt, Puta, Ecclesia, vel Communitatis, aut pupilli, &c. vel fisci, illam subhaftationis formam desiderant, quod tamen ab aula recessisse videatur, tit. de Regal. decif. 81.

Fortius vero, ob aliud requisitum, quod à plerisque necessarium reputatur, trium oblationem, sine quarum interventu, subhaftationem non perfici plerique opinantur; Alii vero è converso, credunt eas requiri ad bene esse, non autem quod præcise necessaria sunt, ad actus perfectionem, ac validitatem, Royas decif. 246. decif. 113. par. 7. rec. Posth. de subh. quæst. 147. Bich. dec. 95. num. 25. & 179. num. 13.

Atta-

Attamen, omnia hæc, & similia, redolere videntur confuetas formalitates, seu leguleicas simplicitates; Tum quia istud requisitum trium oblationum, nimium de facilis est cludibile, ut quotidiana praxis docet, quod scilicet ille idem, qui pro vilii pretio bona licitari decrevit, supponit alios duos oblatores eius famulos, vel benevolos, qui infirmas, ac tenuissimas faciant oblationes, quarum comparatione sua sit major, longeque excessiva, quamvis in substantia sit nimium vilis & injusta; Tum etiam quia hæc hasta publica, ad quandam formalitatem redacta videtur, quod scilicet revera, quando non agatur de bonis valde conspicuis, quorum qualitas speciem notorietas inducat, id innotescere non solet, nisi illis, qui ex industria, in depositaria, vel in alio loco consueto, versari solent, tanquam piseatores, seu venatores, aliena bona pro vilii pretio captae.

Ac etiam, quia ob timorem non habendi bonas cautelas evictionis in bonis illius, qui diffamatus de non idoneitate supponitur, eo ipso quod ad hunc actum devenire petitur, hinc non de facilis inveniuntur emptores pro justo pretio; Sive quia (ut nimium frequens praxis docet etiam in Urbe, in qua ob nimiam vigilantiam Pontificis, cuiusque Magistratum non datur potentialis concusso, multo igitur magis, ubi ea sit in usu) ubi quis aliquis potenter, vel existimationis, pro vilissimo pretio illa bona acquirere velit, atque desperare compareat, nemus audet se opponere, maioresque facere oblationes; Idque præsertim frequentius practicare solent, vel iidem creditores, ad quorum instantiam fiat subhaftatio, vel iidem debitores, ac domini bonorum, quæ subhaftantur; Sive illi, qui sunt debitores census, vel alterius nominis subhaftati, ut ita pro modica summa liberationem à debito reportent.

Hinc irrisione digni videntur illi Auctores, qui insipidorum collectorum, vel transcriptorum nomine potius, quam illo Doctorum digni sunt, dum cum ista simplicitate procedentes, firmant, quod venditio sub hasta, ratione publicitatis, ac multiplicitatis oblatorum, saltem trium, probet justum valorem, cum revera id prorsus erroneum sit ex præmissis rationibus. *Pofl. de subhaft. inspect. 49. Buratt. & add. decis. 96.*

Prout etiam commendabilis videtur stylus aliorum Tribunalium, & præsertim illorum Regni Neapolitani, non regulandi istas venditiones, cum ea leſione, quæ datur in venditione conventionali, que fiat inter majores, qui liberam suorum bonorum administrationem habeant, inter quos de jure licita est circumventio inter dimidiā iusti pretii, sed quod sufficere debeat leſio ultrā sextam; Ac propterea, aliquam admirationem mili semper intulit, stylus Rotæ, & Curia Romana, ut istam speciem venditionis judicialis reguler cum dictis terminis venditionis conventionalis; Adeo ut quodammodo docto Auditore in una decisione id motivante, cum ea forte intentione, ut paulatim id introduceretur, *Bich. decis. 609.* exprefit in aliis id reprobatum fuerit, *tit. de empt. & vendit. disc. 16. & 28.* Incorrectum tamen est, quo spiritu id sequatur, cum nimiam probabilitatem hæc differentia redoleat; Ex ea ratione quod quando bona aliquius ponuntur sub hasta, tunc poni dicuntur sub legali administratione Judicis, qui propterea assumere debet partes boni viri, ac diligentis patris familias, bonique administratoris, cui non competit illa licentia faciendi implicitam donationem, quam face-

Card. de Luca de judicis & judicialibus.

re potest, ac videtur ille, qui voluntarie pro viliori pretio distrahit eius bona, quorum liberam habet administrationem, ideoque longa differentia dignoscitur, inter unam, & alteram speciem venditionis.

Atque si Judex vendere dicitur, vice ac nomine debitoris, cuius mandatarii, vel administratoris *67.* partes gerit, unde propter ea volat per ora Practicorum in hoc proposito illud dicterum, quod factum Judicis reputatur factum Partis, quam ipse met Judex vel eius vice, juxta varios styllos, cursor, vel præco, seu tubicina, qui venditionem facit, obligat ad evictionem favore licitatoris, *Duran. decis. 445. & sapis.* Hinc sequitur, quod iste mandatarius vel administrator, bonam fidem servare debet, vendendo pro justo pretio, quatenus emptores reperiantur, sin minus adjudicando ipsimet creditori; Et per consequens duo exinde resultant; Primum nempe, ut Judex informatus esse debeat de vero, & justo valore, cum sine ista informatione has partes bene explicare non valeat; Et secundo, quod ipse non habeat dictam licentiam remittendi, seu condonandi, ut habet dominus in voluntaria distractio ne; Ideoque sicuti dicta minor leſio sufficit in illis venditionibus, quæ riant per dictos alios legales administratores, ita nulla videtur subesse ratio, cur idem in isto casu dicendum non sit.

Illi quoque requisitum necessarium reputatur, ut subhaftatio, præsente, & numerata pecunia fieri debeat, non autem habita fide de pretio, etiam in parte quamvis modica, cuius defectus de stricta juris censura vitiat actum in totum, *Bich. decis. 149. Duran. decis. 257. Royas decis. 185. Gregor. & add. decis. 23.* Id autem intelligendum venit ad limites rationis, cui istud requisitum innixum est, ne scilicet debitor, qui subhaftationem patitur, utrique damno, vel periculo adhuc subjectus remaneat, amittendi bona ad sufficientiam licitatoris, & non obtinendis liberationem à debitis, pro quibus subhaftatio fiat; Unde propter ea, si hæc oblatio, pecunia credita acceptetur à creditoribus, quilibet licitoris fidem sequi velint, eumque in debitorem habere, ita liberando debitorem, qui subhaftationem patitur, tunc nil id prohibet; Sive quando talis accedit cautela pretii oblati, ut pecunia numerata & equipollat, puta cum scedula idonei campforis, juxta ea que habentur in materia Bullæ Baronum, *tit. de feud. disc. 73. & seqq. & de credit. disc. 126.* Cum vis non consistat in formalitate præcisa, sed in effectu prædicto, ideoque admittitur æquipollens; Quinimo etiam cum ordine directo banco, si tunc ibi aderat pecunia prompte solvibilis, *Othob. decis. 226. num. 23. & seqq.*

Majori verò oblatori, deliberatio facienda est, atque in eo subhaftatio perfici dicitur, adeo ut, si neglecta majori oblatione, deliberatio fiat illi, qui minorem fecerit, actus dicitur invalidus, *Buratt. 891. decis. 113. par. 7. rec. dec. 196. nu. 7. par. 13. & sapis.* Quoties tamen major oblatio non contineat tales conditiones, vel alias habeat circumstantias, ex quibus rejici meretur, adeo ut, licet apparenter, & in quantitate numerica videatur major, attamen spectato effectu, vel rei substantia deterior potius censenda sit, unde per Judicem rejiciatur, cum tunc penultima remaneat ultima; Ut præsertim contingere solet, quando oblatio pretii non sit in pecunia numerata, sed cum modo incerto, vel minus tuto solutionis, aut ad effectum retinendi seu excomputandi cum

se ipso, & quod alias juxta stylum, Tribunalis, aut juxta Constitutiones Tribunalium reformatiorias recipi non debeat, *ibid.* & in *Constitutione Paul. V. super reformatione Tribunalium.* Super hoc autem certa regula generalis statui non potest, cum totum pendeat à singulorum casuum particularibus circumstantiis.

Illud item requisitum in hac materia præbere solet ansam disputandi, super huius subhaftationis, ac deliberationis validitate, quod scilicet non adsit excessus, qui in hac materia etiam modicus, de jure vitiat totam exequitionem jam consumatam, *decis. 322. par. 12. rec. in principio Dunoz. et decis. 962. & passim.* Ubi præterim agatur de subhaftatione bonorum stabilium, adeo ut non agatur de materia dividua, & quantitativa, in qua exerceri valeat illud commendabile arbitrium, quod ab aliquo moderno tempore Signatura adhibere consuevit, ut supra in Rubrica *appellationis*, ac alibi insinuatum est.

Dupliciter autem excessus cadere solet; Vel scilicet in mandato, cuius vigore fiat exequitio; Vel in ipsa exequitione, eiisque modo; In mandato scilicet, quia sit ultra summam debitam; Quoties tamen excessus sit clarus, de quo constet ex eisdem actis, secus autem si sit illiquidus, & incertus, sive altioris indaginis, *Orthob. decis. 226. decis. 197. & 198. post Zach.* Fortius vero ubi deducatur ex novis, que in hoc proposito non attenduntur, ut supra in Rubrica *sententia justificandæ ex actis adverterit*, *supra dict. 36.*

Adeo enim nova non attenduntur, quod si ex eisdem subhaftatio valida, & iusta censenda sit, ex novis autem iusta detegatur, quia nempe ocurrat de satisfactione, vel incompetencia crediti, pro quo exequitio facta est, non exinde sequitur retractatio actus in ipsa res, in præjudicium tertii deliberatarii, sed actio remaneat ei, qui subhaftationem passus est contra creditorem, qui pro indebito eam fieri curavit, ad repetitionem pretii accepti, ac etiam pro facti qualitate, ad damna & interesse, *supra dict. 38.*

Bene verum, quod venit etiam retractatio actus, atque ipsius rei subhaftatio restitutio, saltem in ratione damnorum, & interesse, quando sit in eius facultate, quia nempe ipsem creditor tanquam tertius obligator, fuerit deliberatarius, vel quod à tertio deliberario res deliberata sibi cessa fuerit, adeo ut non intret illa aequitas, vel ratio que assit tertio, ne à fide hasce publice elusus remaneat, atque in hoc differt ipse creditor à tertio, quamvis idem tanquam tertius licetari possit, *lib. 7. tit. de empt. dict. 31.*

In exequitione autem, non attenduntur ille excessus, qui sit ex parte exequitoris, quoties non adsit in mandato, *Ridolphin. dicta par. I. cap. 15. num. 95.* ubi plures cumulat, cum in hoc proposito attendatur factum Judicis, & Partis, non autem illud exequitoris nudi facti; Ac propter ea consideratur excessus in consumatione, quæ excessivæ, ac indebetæ sit, in bonis materialiter divisis, seu alias de sua natura dividuis, ultra id, quod sit debito proportionatum; Ut puta, pro credito scutorum milles, sit exequitio super pluribus prædiis, inter se distinctis, & separatis, adeo ut non assit illa materialis, vel intellectuualis connexio, quæ unicatem inducat per veritatem naturalem, vel per fictionem legalem; Constat autem, quod habita proportione pretii oblati, illud unius tantum prædiū adæquat, ac superat

debitum; Tunc enim excessiva dicitur exequitio, ac subhaftatio aliorum, *Merlin. decis. 288. num. 6.* Quod pariter in locis montium, vel in censibus, aut in nominibus debitorum, facilius procedit, cum sint bona, vel jura de sui natura dividua.

Secus autem si agatur de unicâ re, vel de unico prædio quod sit longe majoris valoris, quoniam (ut supra agendo de exequitione advertitur) non tenetur creditor servare illum ordinem, quem lex in tutori vel in prælatori, sive in herede gravato, aut in alio legali administratore prescripsit, sed eligere potest aliquam rem ex eius arbitrio, quamvis longe majoris valoris, cum sufficiat ad validitatem actus, ut non adsit excessus in mandato, quodque summa in eo contenta liberetur creditori, reliquum vero deponatur in sacra adeo vel in alio loco destinato, seu consueto depositori judicialium, ad commodum debitoris, qui subhaftationem passus est, *Buratt. decis. 49. Cels. decis. 95. decis. 264. par. 11. rec.* Licet enim ex quadam non scripta aequitate iste rigor moderationem recipiat à Judicis officio, vel arbitrio, ut supra; Attamen id cauare potest impedimentum exequitionis facienda, vel consumanda, non autem annullationem, vel retractionem, iam consumata.

Leges item, vel conditiones, que à Justice prescripte sint in mandato exequitio, sive in decreto subhaftatio, vel in altero de deliberação servari debent pro forma, qua non servata actus corruit, *decis. 84. & 87. apud Merlin de pign. Ruy. decis. 185.* Ut præterim (pro frequentiori praxi) contingere solet, in deposito vel in modo solvendi premium cum debitis, & consuetis cautelis, quibus mediantibus, consultum remaneat aliis creditoribus anterioribus, vel posterioribus, seu aliis jus-habentibus.

Quamvis enim apud nostros majores, sub dubio fuerit, an creditores quantitatibus, ad quorum instantiam, exequitiones, ac subhaftationes siant bonorum debitoris, teneantur recipere pecunias cum vinculis, que per Judicem ex officio, vel licitatores pro eorum cautela, & indemnitate adjiciantur, super cautione scilicet ab eis praestanda, de restituendo primario emptori in causa evictionis, & molestiarum, & secundario anterioribus, vel posterioribus, & de contribuendo cum equalibus, & ad omne mandatum, &c.

Dubitacioni ansam præbente regula, quod creditor, qui pecuniam liberam dedit, liberam quoque recipere debet, ideoque non tenetur eam recipere vinculatam; Attamen, ut in sua metria crediti, & debiti adverterit, *lib. 8. de cred. dict. 3. & 54.* Id recte procedit in ea solutione, quæ facienda sit à principali debitor, vel à tertio ex beneficio juris officendi, non autem in hac specie pecuniae obvientæ ex alienatione pignoris prætorii; Ex ea ratione, quod licet Jus communne non cognoverit hujusmodi cautiones, recte tamen cognovit, ac providit, ut creditor teneatur se probare omnibus anterioriem; Cumque id videatur impossibilis justificationis, vel saltem nimium difficultis; Hinc meritò prodiit ista cautela, vel præsis, quæ evitari non potest per creditoris, qui hanc viam elegant; Sibi remanente actione vel regressu, contra ipsum debitorum, ad quanti interest, pecuniam non esse liberam, ut latius in dicta sua sede crediti, & debiti, ac in altera bullæ Baronum habetur; *ibidem.*

Eisdem

76 Eisdem enim creditoribus expedit, hujusmodi praxim introductam esse, ut facilius ac promptius inveniantur emptores, qui alias non invenirentur, ob deficientem cautelam evictionis, quam de jure praestare non tenentur credite ad quorum instantiam venditatio fiat; *Mangil. de evict. quest. 44. Thomat. dec. 8. 1. Olea de cest. iur. s. quest. 13. Merlin. de pign. l. 4. quest. 10.*

77 Vel si invenirentur, id tendereret in notabilem diminutionem patrimonii debitoris, cum eorum prajudicio, dum iste, defecetus, cautela evictionis, notabilem diminutionem pretii producit, in compensationem periculi, cui licitator se exponit *supradic. 33. Quoties per legem particularē; (Ut est in Curia Bulla Baronum.)* Vel per leges parier particulares aut stylos Tribunalium (ut est in aliquibus partibus Hispania & in aliis;) Aut per specialem provisionem Principis (ut quandoque in Curia contingit ob chirographa pontificia,) emperor non reddatur tutus, cum liberatione ipsius rei ab omnibus vinculis, que transferantur in premium dum ista circumstantia non accedente, hasta publica non eximit bona ab hypothecis anterioribus, aliisque vinculis, *Olea ubi supradic. 4. quest. 2. Fontanell. claus. 5. gl. 8 par. 7. ex num. 40. Amat. resol. 11. Stab. refol. 5. & 11. 5. Carleval. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 22.*

78 Et nihilominus, ubi etiam dicta exemptio accedit, adhuc eadem praxis servanda est, ut nos docet in Curia dicta observantia Congregationis Baronum, ac etiam quando accedunt dicta chyrographa, Tum ob indemnitudinem aliorum creditorum, vel ius habentium, qui tunc incerti sunt, Magis vero si sint certi, & se opponant, sed in liberatione pretii non audiuntur, puta quia corum credita, vel gradus sufficientem liquidationem adhuc non habent; Tum etiam ob indemnitudinem eiusdem debitoris, ob plures casus, qui contingere possunt, quod dicta exemptio eis non suffragetur; Vel scilicet ex virtute subreptionis vel obreptionis, aut defecetus intentionis, aut non bene servata forma gratia specialis, vel legis, que hanc exemptionem concedat; Aut ex eo quod molestias, vel evictionem pati videntur ab iis, qui veniant jure dominii diverso ab illo debitoris, & ordinariis fideicommissi, dum tali respectu ea exemptio praefertur, que provenit à Bulla Baronum non suffragatur, ut in eius sede advertitur, *lib. 1. de feud. disc. 7. 3. & seqq.* Ideoque est ista bona cautela ad tollendos illos praetextus, sub quibus hujusmodi licitatores pro vilissimo pretio bona subhaftata licitari studebant, impunita rescissione, vel annulitate actus ex capite lesionis, dum ita dicere possent emissi, incertam aleam, in qua propterea nimium difficile est lesionem convincere, ut in proposito sponsionis sive emptionis iurium ad vitam, aut bonorum & locorum montium vinculatorum in suis respectivè sedibus habetur. *I. 2. de Regal. disc. 30.* Ita enim sublatus est iste praetextus, dum remanet consultum cum cautione idonea, qua non praefixa, tam in Curia, quam alibi, prudenter moderno tempore adinventum est aliud remedium investiendi pecuniam in loca montium, vel in alia iura cum Principiis, vel cum Republica, cum hoc vinculo, ut sicut loco cautionis.

Adhuc tamen, non est medicina omnino sufficiens pro totali curatione hujus morbi, eaque non obstante, non improbabiliter, aliqua justi pretii diminutio sequi solet; Idque considerandum est, in proposito regulandi lesionem, quoniam per istam cautelam consultum est assecurationi pretii soluti-

tantum, pro cuius restituzione praefatur cautio, non autem super alios que veniunt sub evictione, nempè totum id quod interest; Et praesertim ob augmentum intrinsecum quod medio tempore sequatur, Magis vero ob melioramenta, que fiantur, dum non reficiuntur a tertio vendicante, qui non tenetur nisi ad id, in quo res de tempore sua, vocationis meliorata sit, ad tollendum lucrum de alieno, non autem ad quantū sit impensum, ideoque adhuc subest ratio deficientis cautelæ evictionis, que aliquam inducit diminutionem pretii regulanda pro Judicis arbitrio, ex singulorum casuum circumstantiis, Unde propterea evidens videtur error illorum, qui regulas generales ac uniformes in certa quota defuper tradunt, cum non omnium rerum, vel casuum eadem sit conditio, idemque periculum.

Super persona item licitatoris, à Doctoribus disputari solet, ut scilicet esse debeat tertius, non autem ipsum nec creditoris ad cuius instantiam subhaftatio fiat, quasi quod lex id prohibeat; Verum in, probabilis est haec dubitatio, probabilius autem in praxi receptum est, ut ipse creditor non prohibeat, publice, palam, ac bona fide licitari tanquam quilibet tertius, cum eius conditio non debeat esse deterior illa cuiuscumque extranea, *lib. 7. tit. de emp. disc. 3. 1.*

Idque adeo verum, ut etiam illud beneficium, *80* quod lex concedit hujusmodi licitatoribus ad hastam publicam, ne subjacenti juri offerendi, quod alias competit, ipsi debitoris, vel secundis creditoribus, Quoties nullitas subhaftationis, istud beneficium cessare non faciat; Sive illud non tollat, alterum beneficium restitutionis in integrum, quod ex capite minoris atatus, vel ex alio privilegio, seu iusta causa concedatur, competit quoque eidem creditori ita licitanti, *dicto disc. 3. 1. de empione.*

Et quamvis, etiam apud Modernos distinctionis, an sincere & publice per se ipsum hunc licitationis actum faciat, vel potius sub nomine alterius, qui deinde ipsum creditorem nominet, vel ei sua jura cedat, Atramen ut alibi advertitur, *dicto disc. 3. 1. id probabile fundamentum habere non videtur;* Tunc enim, sub nomine, vel imagine alterius, actus fieri non potest, quod neque per se ipsum fieri valet, ne fraus fiat prohibitioni legis, quodque indirecete sequatur id, quod est directe prohibitum; Secus autem ubi haec prohibitio cessat, quam lex induxit, eo retento presupposito quod ageretur de venditione pignoris conventionalis, qua in vim sibi attributa facultatis, directe ac immediate facienda est, per ipsum summet creditorem, qui mandatarii, vel administratoris partes, ita gerere dicuntur, ideoque iustum non est, ut faciat illas emptoris, sive mediatis, sive immediate; Secus autem, ubi agatur de venditione pignoris pratorum, in qua creditor nullam habet administrationem, sed illa est judicis.

Perfecta itaque subhaftatione, servatisque iis, que de jure, vel de stylo Tribunalis, aut ad formam decreti Judicis servari debent; Non per hoc locus est deliberatione ad favorem majoris oblatoris, ut illico fortius effectum; Sed tam de recepto Curiae stylo, quam etiam ex Statuto, fit decretum cum termino unius mensis, infra quem debitor solvendo debitum vel prestanto implementum eam impedire potest; *Ridolph. dicta par. I. cap. 15. ex num. 118. Royas dec. 177.* Cadente questione an novae obligationes post istum terminum elapsum recipi valeant, vel debeant absque novo decreto, pravia nova

DE IV DICIIS

200

citatione, atque verior videtur negativa, cum durante termino recipi valeant, licet in his, ac similibus non de facili certa regula statui valeat, cum totum pendeat ex stylis, qui variū sunt, & quandoq; etiam in eodem Tribunali mutantur. Verius autem videtur, ut non ad formalitates, sed ad rei substantiam reflexi debeat, an scilicet novaz oblationes damnum & prajudicium contineant, tam debitoris, quam creditoris, vel è converso eis pro sint, ideoque patrimonii debitoris, & consequenter etiam creditorum utilitatem concernant; Ideoque iste finis, vel effectus principaliter attendendus est, Buratt. & add. dec. 786. Ridolph. ubi supra à num. 123.

Quatenus autem iustus oblator non reperiatur, tunc locus sit adjudicationi eidem creditori; Atque ad hunc effectum receptum est, ut procedere debat estimatio, sine qua Judex nescire potest pro qua summa eam facere debeat, nisi agatur de bonis habentibus premium certum, quod civile dicitur; Ea tamen facta deductione, quæ de Tribunalium stylo recepta sit, dum alicubi deductur sexta, & alibi tertia, vel alia quota, adden. ad Buratt. decisione 96. Post. de subhaft. infp. 47.

Istam deductionem faciendam esse, in facti contingencia dicere consuevit, licet quandoque inutiliter, eo quia non haberentur desuper doctrinæ, unde propterea distinctio, pro meo solito fato, grato tamen, referrebat acuminis (sua ratiocinio) quod scilicet, erroneum sit, cum generalitate dictæ distinctionis, inter nullitatem claram, vel turbidam procedere, sed quod principaliter reflectendum sit ad qualitatem nullitatis, an scilicet illa proveniat ex ipso facto, in quo possessor quantumvis idota non sit excusabilis, sed potius presumendum veniat dolosus, vel culposus. Puta ratione excessus, petendo ultra id quod consequi debeat, idque recte sciat, adeò justa ignorantia illum non excusat; Sive ratione illius enormissimæ lassonis, quæ patitur in ipso principali doli presumptionem inducit;

Prout etiam in adjudicatione procedunt eadem quæ supra de excessu dicta sunt, ut excessiva annuletur in totum. Cavalier. decisione 84. dec. 64. par. 11.

Practicatur autem istud remedium subsidiarium post scilicet adhibitam alteram viam subhaftationis, in quibus justus oblator repertus non sit, alias enim invalida reputatur. Post. de subhaft. infp. 45. dicta dec. 64. par. 11. Nisi facta circumstantia alteri suadeant, quod scilicet in concursu universali aliquis patrimonii decocti, universitas creditorum, ad evitandos sumptus, qui in subhaftationibus sunt magis vero ad evitanda prajudicia, quæ ex illis resultant, ut supradictum quod scilicet bona pro vili pretio vendi solent, magis expediens reputaret, ea affigere ipsiinet creditoribus, atque inter ipsos, pro eorum ratis, ut vulgo dicitur bona, repartire, ut plures practicatum vidi.

Postquam vero, unus, vel alter deliberationis, vel adjudicationis actus jam consummatus est, atque effectum sortitus, adeò bona defacto abdicata sunt à debitore, qui erat corū possessor, & translata in deliberariū vel adjudicatariu; Prior autem possessor pretendat actus nullitatem, vel rescissionem, ob non bene servatam formam, sive ratione lassonis, aut ex capite restitutionis in integrum, &c. Et tunc quæstiones cadere solent, super ordine judicii, seu competencia actionis, an scilicet cum ordinario res medio in judicio rescitorio procedendum sit, appellabilis, ac terminando per rem judicatam, vel per tres conformes, Vel potius competere valeat etiam summarium, ac extraordinarium remedium possessorum, reintegrandæ, vel retinendæ; Id autem pendet à qualitate nullitatis, vel injustitiae, an scilicet,

fit clara, & notoria, vel potius turbida & altioris indaginis, dum primo casu extraordinarium ac summarium remedium competit, in altero autem fecus, sed procedendum est in judicio ordinario; Interim vero extraordinarium remedium possessorum manutentionis, deliberatorio, vel adjudicatario, sive ab eo causam habentis competit, ob presumptionem, quæ affligit justitiam, ac validitati actus ob auctoritatem Judicis, donec de contrario docetur, dec. 197. & 198. post Zab. de obl. cam. Ottob. dec. 226.

Ex eadem distinctione manat, decisio alterius questionis, super fructibus bonorum subhaftationis, vel adjudicatorum medio tempore, in quo deliberarius, vel adjudicarius fuerit pacificus possessor, an scilicet sequita retractatione actus, respectu ipsorum bonorum, veniat quoque fructuum restitutio, vel potius possessor interim suos fecerit; Siquidem regula affligit possessori, nisi dolus à lege presumptus, qui resultat ab enormissima, & exorbitativa lassione. Sive clara & notoria nullitas, adeò maius fidem inducat, ut restitutionem quoque fructuum operetur. Buratt. dec. 227. plenè dec. 141. p. 9. rec.

Ad hunc autem effectum, plures in facti contingencia dicere consuevit, licet quandoque inutiliter, eo quia non haberentur desuper doctrinæ, unde propterea distinctio, pro meo solito fato, grato tamen, referrebat acuminis (sua ratiocinio) quod scilicet, erroneum sit, cum generalitate dictæ distinctionis, inter nullitatem claram, vel turbidam procedere, sed quod principaliter reflectendum sit ad qualitatem nullitatis, an scilicet illa proveniat ex ipso facto, in quo possessor quantumvis idota non sit excusabilis, sed potius presumendum veniat dolosus, vel culposus. Puta ratione excessus, petendo ultra id quod consequi debeat, idque recte sciat, adeò justa ignorantia illum non excusat; Sive ratione illius enormissimæ lassonis, quæ patitur in ipso principali doli presumptionem inducit;

Hisque & similibus casibus intret mala fides vera, quæ producat restitutionem fructuum, quamvis non extantibus, sed consumptorum; Secus autem nullitas quidem clara sit, atque incontinenti probata, adeò apta reputetur, etiam ad extraordinarium remedium summarium manutentionis, juxta distinctionem de qua infra, agendo de judicis possessoris infra dict. 44. Sed ea proveniat ex subtilitatibus Juris, & ex erroribus Causidicorum, quia nempe deficient aliquæ citationes, vel deficiat servatio alicujus formæ, vel solemnitatis, adeò verisimiliter id non innocentiat ipsi principali deliberario, vel adjudicatario, qui in bona fide versatus fuerit opinando quod eius defensor, omnia bene gesserit, unde propterea interim, de facto, bona fidei possessor fuerit; Quamvis etenim regulas generales habeamus, quod paria sunt scire, & scire debere, quodque culpa Procuratoris, ubi prefertum consistat in omitendo, prajudicat principali, qui sibi imputet, cur minus idoneum, minusque diligenter, vel minus fidem Procuratorem depuit, Attamen, si dicuntur legales rigores, sive ligales formalitates, ac superstitiones, aptæ quidem ad annallationem actus, ne in futurum sortiatur effectum, non autem ad producendum hunc effectum defacto in animo possessoris, qui reverè in bona fide interim versus fuerit, atque fructus ex bonis, tanquam propriis percepit, & consumperit.

Potissimum vero, quia frequenter contingere solet, quod nullitas proveniat à fraude, vel à malitia alterius Partis, per subreptionem scilicet,

five.

90 sive occultationem alicujus citationis, vel alterius aetatis substantialis, quod est facile, presertim in Curia, ob illum stylum, qui mihi nunquam placuit, sed omnino damnabilis semper visus est, non ordinandi scilicet processus in voluminibus bene ordinatis, & chartulatis, atque ita consutis vel compaginatis per speciem prothocollari, ut ex eius oculari inspectione, illico dignosci valeat alteratio, seu malitiosa subtractione alicujus citationis, vel decreti, dum citationes retinentur in filzis, in illis net parvis pagellis, in quibus Procuratores eas faciunt, atque in earum calce, vel dorso, adnotantur, tam exequitio, quam decretum, quod defuper fiat; Unde propterea, cum omnibus hujusmodi filzis perquirere volentibus publicè patcent, ita nimium de facilis practicabilis est ista fraus; Ac etiam quia, ubi nolimus prasumere delictum, adhuc id sequi solet à casu, cum hujusmodi parvæ schedulæ de facili perire, vel cum aliis confundi soleant; Sive quod Notariorum Substituti; qui aliquando inexperti, vel negligentes juvenes esse soleant, negligant extendere decretum, quod defuper necessarium est; Quamvis enim provideatur omnibus hujusmodi inconvenientibus, ac aliis, per Apostolicas Constitutiones, illam prasertim Pauli V. super reformatio-ne Tribunalium, cum qua tanquam ultima proceditur, ac etiam per decreta, seu provisiones Congregationis super eadem Tribunalium reformatio-ne, cuius mentio in relatione Curia habita est, demandando registra citationem, & auctorum, ut ita in codices, seu prothocollos redigantur; Et quandò id exactè, ac diligenter servaretur, esset optima, & sufficiens provisio; Attamen punctus est, quod non semper id servatur, si frequenter negligitur; Ideo que ubi etiam hujusmodi considerationes, sufficientes reputanda non sint, ad evitandos legales rigores circa invaliditatem actus, eiusque retractationem, super qua etiam discreter, & cum eisdem considerationibus procedi deberet, non autem pragmatico ac insipido more, sive iudaicè generaliter, ac modicus procedendo cum generalitatibus, non distinguendo casum à casu; Adhuc tamen, id nullatenus recipiendum videatur ad hunc effectum obligandi ad restitucionem fructuum interim perceptorum, & consumptorum, dum ex alibi plures insinuantur, & prasertim discursu precedentis; ad hunc effectum, necessaria non est bona fides positiva, sed sufficit media, quod scilicet absit mala positiva.

Demum quoad tertiam suprà distinctam speciem exequitionis, cum gladio spirituali potius, quam temporali, quod scilicet ob impracticabilitatem ailiarum specierum, de quibus suprà, exequitionem scilicet personalis, & realis, ad istam spiritualem convolare oporteat, per censuras; (Et qua species exequitionis, pro usu loquendi Curia declaratoria dicitur;) contumaces, & nolentes parare rei judicatae, eiusque exequitionem pati coguntur per censuras; Cum ea distinctione alibi infinita, quod scilicet, ubi agitur de Capitulis, vel Collegiis, five Communitatibus, aliisque corporibus universaliibus, cum quibus nunc est practicabilis censura personalis excommunicationis, adhibentur aliae due species suspensionis, & interdicti; Altera vero personalis excommunicationis, qua est omnium gravior, atque animam quoque afficit, non datur nisi contra personas singulares, tam in causis particularibus, quam etiam in communiativis, seu universalibus, respectum illorum capitularium, vel collegialium, qui convincantur contumaces, ac rebellios,

atque sint causa quod corpus collegiatum, vel capitulare non pareat. lib.14. annot. ad Consil. disce.

43. Quando itaque agitur de causis prophaniis, Puta, pro credito pecuniarior, seu pro alio mere temporali implemento, tunc ignarus prasertim exterrit vulgus, quod ignorando stylus obloquitur 92 fine fundamentorum, scandalum concipere solet, quod ob non solutionem debiti pecuniarior, vel ob aliud simile non implementum prophanum, adhibeantur hæc arma seu remedia spiritualia, illud prasertim gravis excommunicationis, quod animam quoque afficit; Unde propterea aliqui exteri satyrici scriptores, qui ex malignitate, & frequentius autem ex ignorantia, ac vere nesciendo quid dicant, redarguerent satagunt hujusmodi stylum, magnum habent plausum apud ignarum vulgus, quod satyram nimium gustare solet; Attamen revera est clara ignorantia effectus, quoniam ut alibi advertitur, ad sensum Canonum, quorum dispositio clarius innovata est per Concilium Tridentinum, ad hoc remedium non devenitur nisi in subsidium, quando alia duo practicabilia non sunt; Ut prasertim continet cum secularibus extra temporalem editionem Ecclesiæ, vel etiam cum ecclesiasticis ultra montes, vel etiam intra, quando ob directos, vel indirectos recursus ad Magistratus seculares, sive ratione potentia propria, aut aliena protectionis, aliis specimen exequitionis defacto præstatur impedimentum; Id enim redolet contumaciam, ac rebellionem cum peccato, idèque spirituale remedium adhibendum est, cum aliud non supersit, tanquam per speciem defensionis propriæ jurisdictionis, & potestatis, adeòt quandoque, etiam in forma summa, & extrajudicati, nullo juris ordine servato ad hujusmodi impedimenta compescenda illud adhiberi valeat; Eiusque potissima causa est ipsa peccaminosa rebellionis & inobedientia; Ac propterea intrat dilemma, quod; Aut ille qui solvere, vel aliud implementum præstare tenetur in exequitionem judicati perseverando in contumacia non comparet, suaque excusationes non deducit; Et tunc clarum remanet crimen contumacia, ac rebellionis, quod punitione dignum est, cum hujusmodi subsidiaris penitus spiritualibus; Aut comparet, justasque deducit, causas excusationis non implementi ratione paupertatis, vel impedimenti non affectati, quod citrè eius culpan, ab alio recipiat, adeòt se purget propriam contumaciam, ciuique crimen excusat, & tunc istud remedium non adhibetur, idèque est solum effectus criminosa, & peccaminosa contumacia, ac rebellionis. *ditto disce. 34.*

Adhoc autem, ut istud remedium deveniri possit, requiritur contumacia vera, & non sufficit figura, idèque exequitoriales, seu mandatum de parando, notificari debent personaliter, ut ita certa, & inexcusabilis sit notitia; *Buratt. dec. 176. kidolphin. par. 1. cap. 14. à num. 237.* Cum enim agatur de pena in spiritualibus gravissima & ordinaria, atque prasertim censura major excommunicationis afficit animam, vulnera lethali; Hinc proinde dandum est peccatum tale, quod tanquam grave delictum, istam gravem penam mereatur.

Atque ut contumacia sit magis vera, & inexcusabilis, servantur etiam quatuor termini, quorum 94 formulæ per Practicos dantur, quibus servatis, & non alias ad declaratorias deveniunt, cum aliquo justo spatio, inter unum, & alium terminum, *Buratt. & add. decis. 17. decis. 248. par. 10. decis. 299. par. 7.* Adhuc tamen, quandoque, etiam sine hujusmodi citatione

citatione personali, sed per edicta, ad istud remedium devenerit solet. Quando scilicet ex verò, vel præsumpto impedimento eius, qui citandus est, sequi non potest, citatio personalis; Vel scilicet ob latitudinem; Vel quia ad eum tutus non pateat accessus; Sive quod à Magistratibus secularibus, vel ab alia potentiali manu, impedimenta prætentur, ne citationis personalis exequio sequatur, cum tunc habenda sit pro jam sequuta, ut etiam supra in rubrica citationis, & in altera recursum ac aliibi advertitur, *supra dis. 9. & 19. Bich. decis. 446. Leodien. Abbatisatus 8. Aprilis, & 20 Iunii 1644. coram Ghislerio.*

Potissimum verò, ubi non agitur de censuris, ad quas devenerit pro non solutione debiti contratti in Urbe, vel pro non solutione pensionis statuto tempore dum isto casu, debitor potuit obliuisci suæ obligationis, sive credere, vel sperare patientiam, vel benevolentiam creditoris, aut aliquod justum impedimentum habere, unde propterea, quando non verificetur affectatum, & culposum impedimentum, tunc asperum videtur, ut ad censuras præterim ad excommunicationem, sine alia monitione, vel citatione personali devenerit, ut practicari solet pro debitis contratis in Urbe, cum sola citatione in eadem Urbe per diligentias, juxta stylum, qui aliis speciebus exequutionis à probabili ratione alienus non est, sed pro ista specie deberet magis circumspectè practicari; Sed agatur de declaratoria pro exequitione, ac observatione rei iudicatae, de qua propriè in presenti agitur, quoniam ob diuturnam item à victo sustentatam, frequentius per tres conformes, & quandoque etiam per quartam, & quintam instantiam, jam rectè conscientis est, cum scientia inexcusabili, illius implemen ti, quod præstare tenetur, id est que non præstanto, dicitur esse jam in culpa & delicto.

Nisi aliqua accedit justa excusatio, vel exceptio modificativa, & apta impetrare quoque exequitionem rei iudicatae, juxta illas exceptiones modificativas, de quibus agitur *discurs. sequenti.* Et præsterim (pro frequentiori praxi) quando post rem iudicatam, devenerit ad aliquam transactionem, que tamen præter consuetum eius effectum non inducat extinctionem litis, ac jurium, & actorum ob eius nullitatem, vel resolutionem, ad eum non obstante, integrum sit victori petere rei iudicatae exequitionem, quoniam non per hoc deveneri potest pro paritione exequitorialium antea relaxatarum, & notificatarum, ad declaratorias, ratione contumacia, ac inobedientia, cum ab his excusat transactio, quoniam invalida, vel imperfecta; Ideoque nova monitio requiritur ad contumaciam contrahendam, l. 14. in *Miscellan. disc. 5. & 18.*

Desideratur etiam liquidatio eius quod ad implementum est, cum in illiquidis non detur mora, sine qua non verificatur contumacia, vel inobedientia; add. ad *Buratt. disc. 17. Othob. decis. 174. decis. 12. par. 21.* Quoties tamen agatur de iimplemento, quod consistat in quantitate, sive in talibus speciebus, ut in eis quoque liquidatio desideretur; Secus autem ubi agatur de præstatione facti, Ut putat exemplificando in iis que contingunt frequentius in praxi) in causis scilicet beneficialibus, si non partio consistat in non admittendo prouisum de beneficio ad fermam exequitorialium, seu mandati de immittendo; Tunc etenim nulla liquidatio desideranda est, cum agatur de præstatione facti per somam patientiam, atque abstinentia ab impedimentis;

Si verò sequuta paritione super ipso beneficio, agatur de restitutione fructuum lite pendente, sive de alia refectione damnum, & interest, tunc requiritur liquidatio; Quoties tamen ista ex facti circumstantiis haberi non debet, profecta in odium adimpeditis, sive quod apud illum, qui adimplere tenetur supponenda sit tanquam certa & notoria, ad eum desiderare liquidationem, sit solum color quasi, pro fomento calumniarum, & protractorum; Puta (ex. gr.) Capitulum se opposuit proviso canoniciatu, vel alio beneficio capitulari, sub prætextu alicujus defectus qualitatum, ad formam eius Statutorum, vel privilegiorum; Sive sub prætextu, quod non ad Papam, sed ad ipsum Capitulum, provisio pertineret, unde propterea, succumbendo tenetur proviso præstare omnes fructus, ac distributiones, quas ille provisus perceperet, si impedimentum sibi præstitum non fuisset, etiam distributiones verè quotidianas ratione servitiis, in ratione dannorum, & interest; *Royas decis. 173.* Isto etenim casu, opus non est expectare liquidationem aliund, dum ipsum Capitulum jam illam habet apud se notoriam; Tum in libris capitularibus singulorum annorum vel mensium; Tum etiam quia, apud singulos capitulares, id notorium est, dum singuli sciunt quantum ipsi percepserunt, & consequenter ei affectata oppositio, *decis. 25. 4 par. 1. dec. 90. par. 7. Dunozett. decis. 711.*

Item istud requisitum liquidationis, desideratur, vel reputatur sufficiens, ad impediendam declaratoriam, quando ille qui parere tenetur, comparet, atque de illa opponit, si promptum exhibendo paritionem, atque ad eam se obligando; Secus autem si fit contumax, quoniam tunc decerni potest declaratoria, tanquam pro non paritione circa ipsam non præstatorem in genere, add. ad *Buratt. decis. 17. 5. 4. & 947. Othob. dicta decis. 274.*

Prout etiam, servario quatuor terminorum, procedit quando parito consistat in omitendo; Atque tunc isti termini servari debent cum moderato spatio inter unum & alterum juxta stylum jam notorium apud Notarios; Secus autem ubi non parito consistat in committendo, ad eum contumacia resulhet potius ex factis, quam ex negligentiā, continuando scilicet in iis actibus, quos vicitus facere non potest; *Bich. decis. 446. & 623. decis. 376. par. 11.* Sive quod expreſſe, postquam monitus, se declaraverit nolle parere, cum tunc non sit ulterius expectandus.

Dantur autem declaratoria, non solum contra personas, vel contrà universitates sacerdotalibus, sed etiam contra personas, & universitates ecclesiasticas, cum quibus frequentius id practicari solet, nempe cum Capitulis Cathedralium, vel Collegiatarum; vel Monasterialium ultra montes, eo quia ibi praticabiles defacto non sunt aliae duæ species exequitionis; Quinimo facilius cum personis vel universitatibus ecclesiasticis, cum distinctione de qua *sup. à num. 91. & decis. 227. par. 10. Othob. decis. 75.* Atque non solum ob inobedientiam ipsorum, sed etiam eorum ministrorum, vel dependentium; *Bich. decis. 383.* Quo enim magis sunt ecclesiastici, eo magis criminoſa, & scandalosa est inobedientia.

Non potest tamen ad declaratoriam deveneri per Judices exequatores de partibus, qui in literis exequitorialibus deputati sunt, quoniam istorum jurisdictio, consistit in iis, que nudi facti sunt, circa consumationem aliarum specierum exequitionis,

nis, non autem circa istam, dum eius partes solum sunt in exequitione citationis, eiusque notificatio-
ne decif. 35. par. 11. Quare manifestus est error, pu-
nitione quoque dignus, illorum exequitorum de
partibus, non solum specialem, sed etiam illorum,
qui sub genere personarum in ecclesiastica digni-
tate existentium, deputantur dum assumendo mun-
nus delegati Apostolici, ad censuras procedunt; Et
quod peius est, non solum id agunt quando agatur
de formalibus exequitorialibus, sed etiam ubi de
simplicibus monitoriis Auditoris Camere, vel de
inhibitionibus Rotalibus, ac de illis expeditioni-
bus, quae in substantia aliud non important, nisi
simplicem citationem, advertitur etiam in relatione
Curia decif. 34.

Et quoniam illi, qui factis non parere satagunt,
verbis autem id agere curant, ad evitandam contu-
maciam, atque ut ita in longum protractant, ac im-
pediant, ne ad istam speciem exequitionis deveni-
atur, comparendo, aliquos verbales obedientiae
actus faciunt; Hinc proinde quæstiones frequenter
intrants, & quando dicatur sufficient paritum,
necne; Vel scilicet quia agatur de obedientia suc-
cessiva, unde propterea non sufficiat semel paruisse;
Rot. decif. 376. par. 11. Caesar augustana de Caspe 15.
Januarii 1641. coram Ghislerio. Vel quia paritum sit
circa ipsam rem principalem, putat admittendo
provisum ad professionem beneficii, sive patiendo,
ut viator obtineat rem qua erat in controversia,
sed non pareat circa fructus, vel circa expensas, si
exequitoriales id quoque contineant; Gregor. decif.
36. & 50. Buratt. dec. 947. decif. 347. par. 10. cum
similibus.

Majores autem quæstiones cadunt, super modo
partitionis, an faciliter, & quando sufficiat verbalis,
qua regulariter sufficit in corporalibus, ac juris-
dictionalibus, vel requiratur etiam realis, ut requiri-
tur in corporalibus; Seraph. decif. 754. Buratt. de-
cif. 321. dec. 347. par. 10. dec. 12. par. 11. Sive, an il-
le, qui fecit declarationem verbalem parendi, ha-
beat, necne, mandatum sufficiens quod debet esse
speciale, decif. 220 par. 10. Vel an verbalis declara-
tio super partitione sit pura & sincera, vel potius
equivoca & captiosa, cum ista contumacia potius
augeat, & comprobet. Orthob. decif. 174. Bich. dec.
307. cum similibus, super quibus non de facili statui
potest regula certa & generalis, cum totum pendeat
ex facti qualitate, ac singulorum casuum circum-
stantiis.

Disputari quoque solet, super onere probandi
partitionis affirmativam, vel negativam, cui scilicet
incumbat, Atque intrat distinctione, inter actus pos-
itivos, & negativos; Buratt. & add. decif. 17. 52. 933.
& 947. Rot. dec. 90. 166. & 211. par. 7. Sed pariter
juxta diversas facti circumstantias, id intelligendum
est; Specie principaliter sine vel affectu, sive rei
substantia potius, quam verborum formalitate.

Adhibito demum isto remedio, eoque non pro-
ficiente, adeòdūt inobedientes censuras sustineant,
et si quis non obstantibus, in contumacia, vel inobe-
dientia perseverent; Tunc devenit ad aggravato-
riam, Buratt. & add. decif. 710. decif. 299. num. 3. par.
7. decif. 241. par. 10. Eaque etiam non proficiente,
implorari solet brachium saeculare, Caesar augustana
parochialis de Marello 19. Iunii 1643. coram Gheis-
lerio, vel adhiberi illud Sacrae Inquisitionis, ob suspi-
cionem, quod male sentiatur de fide, ob longam in-
sordescientiam in censuris, earumque contemptu;
Verum & id pariter certam non habet regulam,

sed in singulis casibus ea pendet ex eorum cir-
cumstantiis, ob quas aliquando congruit ad-
hibere leges prudentiales, ad majora inconvenien-
tia evitanda.

De exceptionibus modificativis, quæ
admittuntur etiam post rem judica-
tam; Puta superventi novi tituli; Vel
transactionis; Aut alterius novatio-
nis; Sive melioramentorum, alia-
rumque detractionum; Aut com-
pensationis; Vel retentionis.

S V M M A R I V M.

- D**E exceptionibus modificativis, & quales sint,
ut non impugnetur res judicata, sed impe-
diatur eius exequitio.
- 2 De supervento titulo vitoriis in victimis & de muta-
tione causa possidendi, vel de confusione actione-
num.
- 3 De materia legitimi contradictoris.
- 4 De exceptione transactionis & eiusque mate-
ria.
- 5 Et de aliis actibus innovativis.
- 6 Quid ubi actus pretendatur nullus ipso jure.
- 7 De exceptione iuris tertii.
- 8 An & quando cedens agat contra debitorem ces-
sum.
- 9 De compensatione, vel retentione.
- 10 De exceptionibus melioramentorum, vel detrac-
tionum, seu non comprehensionis.

D I S C . X L I .

Ultratot in precedentibus insinuatas, dilato-
rias ac peremptorias exceptiones, quæ tam ratione
ordinis, quam ratione justitiae, ad e-
undem tendunt finem, impediendi scilicet, ne judi-
catum exequibile sequatur; Sive quod sequitum
retractetur, & quæ propterea exceptiones contra-
dictoria, vel impugnativæ dicuntur; Dantur etiam
alia exceptiones non contradictoriae, neque im-
pugnativæ, sed compatibilis, ac modificativæ, qua
posita etiam re judicata, jam perfecta, & validè ex-
equibili, ipsius exequitionis effectum percipiunt;
Itaque sunt de duplice specie; Aliæ siquidem, non
feriunt exequitionis impedimentum in genere,
sed solum in modo, sive in qualitate; Ut scilicet, po-
tius una exequitionis species practicari debeat,
quam altera; Vel ut potius in uno bonorum gene-
re, quam in alio; Sive super modo illam consuman-
di. Et de hac specie agitur. disc. proxime prece-
denti.

Aliæ vero sunt exceptiones modificativæ, qua
admittunt quidem rem judicatam, tanquam vali-
dam, & justam; Atque alias exequibilem, sed ex
aliquo extrinseco accidenti, feriunt eius exequitionis
impedimentum in genere, ut nullatenus sequi
sequi valeat; Sive quod, ex potentia, vel fictione le-
gis, haberi debeat pro jam sequuta, & effectuata;
Adeòdūt altera desideranda veniat res judicata, tu-
per interim exorti accidentalis impedimenti remo-
tione, ut ad exequitionem procedi valeat; Atq; de
hoc